# SUMMARIUM

Extractum ex *Nakielski Promptuar. antiquitat. Monasterii Miechovien. fol.2.*

Num. 1.
*Cælestinus II. anno 1143. recepit sub protectionem S. Sedis Ordinem SS. Sepulchri Hierosolymitani.*

CÆLESTINUS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Petro *Priori*, *& Fratribus S. Sepulchri Hierosolymitani*, tam præsentibus, quam futuris &c. Quia igitur dilecti in Domino filii *juxta Regulam B. Augustini* vivere decrevistis, & in loco, ubi steterunt pedes Domini, adorantes apud gloriosum Sepulchrum ejus &c. regulariter militatis, majori vos benevolentia, & gratia dignos esse censemus, & paternis vos affectionibus volumus confovere. Vestris ergo postulationibus debita benignitate accommodantes assensum, *Sacrosanctam Ecclesiam S. Sepulchri*, in qua Divinis obsequiis insistentes Passionem Dominicam, & victoriosissimum Crucis triumphum assidue oculata fide recolitis, nec non etiam *Personas Vestras sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus*, & præsentis scripti pagina communimus &c. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare &c.

CÆLESTINUS PAPA II.

Datum Laterani per manum Gerardi S.R.E. Præsbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarii *IV. Idus Januarii* Incarnationis Dominicæ 1143. Pontificatus verò D. Cælestini PP. II. Anno primo.

Num. 2.
*Eundem Ordinem SS. Sepulchri, omnesque illius Prioratus, Ecclesias, Domos, Præposituras, & Personas Summus Pontifex* Urbanus *IV. totaliter exemit ab omni jurisdictione, & dominio Episcoporum.*

URBANUS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis *Priori*, *& Capitulo Dominici Sepulchri Hierosolymitani* Ordinis S. Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. Honestatis debito suadente Venerabilem, Sanctamque Ecclesiam Hierosolymitanam, de cujus regimine ad Apostolicæ dignitatis apicem divinæ miserationis providentia nos vocavit, ex intimo diligentes, & considerantes, quod Divina Majestas Ecclesiam ipsam speciali corruscare privilegio sanctitatis, & singularibus cælestis gratiæ donis reddere voluit insignitam, conveniens reputamus, ut *non solum ipsam*, sed *ejus Membra* ipsius intuitu prosequamur favoribus, & condignis honoribus efferamus. Hinc est, quod Nos vestris supplicationibus inclinati, *universos Priora-*

*ratus*, *Ecclesias*, *Domos*, *Præposituras*; *& omnia Loca eidem subjecta Ecclesiæ*, ad vos spectantia tam in Transmarinis, quam in Cismarinis partibus constituta, *& Personas ipsarum ab omni Jurisdictione*, *subjectione*, *& Dominio Archiepiscoporum*, *ac Episcoporum*, *Archidiaconorum*, *& quorumlibet aliorum Ordinariorum*, *& Ecclesiarum ipsorum* penitus authoritate præsentium de gratia EXIMIMUS speciali. Ita quod *Prioratus*, *Domus*, *Ecclesiæ*, *Præposituræ*, *& loca prædicta cum Personis ipsorum*, *ROMANO DUMTAXAT PONTIFICI*, *& Patriarchæ Hierosolymitano*, qui pro tempore fuerit, *ac etiam nobis PER OMNIA SINT SUBJECTA*; Et quod *Archiepiscopi*, *Episcopi*, *Archidiaconi*, *& Ordinarii prædicti* Censuram Ecclesiasticam, seù *jurisdictionem aliquam in Prioratibus*, *Ecclesiis*, *Domibus*, *Præposituris*, *Locis*, *& Personis prædictis nequeant exercere*. Cæterum excommunicationis, suspensionis, & interdicti Sententias, si quas contra hujusmodi exemptionis tenorem &c. promulgari contigerit, decernimus irritas, & inanes. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire &c. Datum apud Urbem veterem Kalen. Junii Pontificatus nostri Anno secundo.

B

*Statuitque, ut Romano dumtaxat Pontifici, & Patriarchæ Hierosolymitano forent subjecta:*

C

*Ac prohibuit dd. Episcopis, & Ordinariis, ne ullam jurisdictionem in prædictum Ordinem, ejusque Ecclesias, & Personas exercere possent.*

*Ex eodem Nakielski fol.520.*

Num. 3.

*Præd. Bullam Urbani IV., ac Exemptionem per eum indultam Ordini SS. Sepulchri confirmavit ann.1435. Summus Pontifex* Eugenius IV.

EUGENIUS Episcopus Servus Servorum Dei &c. In Supremæ Dignitatis Apostolicæ specula &c. constituti &c. Dudum siquidem fel. rec. *Urbanus Papa IV.* Prædecessor noster volens non solum Ecclesiam prædictam Hierosolymitanam, de cujus regimine ad eumdem dignitatis apicem vocatus fuerat, sed ipsius intuitu, ejus Membra congruis favoribus prosequi, & honoribus condignis efferre, dilectorum filiorum *Prioris*, *& Capituli Ecclesiæ Sepulchri Dominici Hierosolymitani* Ordinis S. Augustini supplicationibus inclinatus; *Universos Prioratus*, *Ecclesias*, *Domos*, *Præposituras*, *& omnia Loca prædictæ subjecta Ecclesiæ*, & ad eos spectantia tam in Transmarinis, quam in Cismarinis constituta, necnon *Personas ipsorum ab omni jurisdictione*, *subjectione*, *& dominio Archiepiscoporum*, *Episcoporum*, *& quorumlibet aliorum Ordinariorum penitus authoritate Literarum suarum exemit*; *Ita*

A

A

*quod*

*quod Prioratus*, *Ecclesiæ*, *Domus*, *Præpositura*, *Loca cum Personis hujusmodi* ROMANO DUMTAXAT PONTIFICI, *& Patriarchæ Hierosolymitano*, qui pro tempore fuerit, ac etiam præfato Priori, & Capitulo *per omnia essent subjecta*, quodque *Archiepiscopi*, *Episcopi*, *Archidiaconi*, *& Ordinarii prædicti* censuram Ecclesiasticam, seu *Jurisdictionem Ordinariam in Prioratibus*, *Ecclesiis*, *Domibus*, *Præposituris*, *Locis*, *& Personis prædictis exercere nequirent*. Ac ipse Prædecessor excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, si quas contra prædictum &c. exemptionis tenorem promulgari contigerit, irritas decrevit, & inanes, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte Ven. Fratris nostri Blasii Patriarchæ Hierosolymitani petitio continebat, licet exemptio prædicta pluribus ex ipsis Ordinariis innotuerit, *ac per illos extiterit observata*, quia tamen interim, ut præfertur, dum Schisma in Ecclesia Dei duraret, aliquorum dicti Ordinis Priorum, Fratrumque negligentia, sive litium strepitibus existentibus, contra Juris sui prosecutionem, vel alias per quosdam ex Ordinariis prædictis, aut eis instantibus, seù prosequentibus, per alios Judices diversæ forsitan, etiam sine definitione, contra plerosque ex ipsis Prioribus, atque Fratribus promulgatæ, & executioni demandatæ fuerunt, ab aliquibus exemptioni hujusmodi, nec non illius effectui firmiter esset derogatum: Pro parte dicti Blasii Patriarchæ supplicatum Nobis fuit humiliter, ut eidem Ecclesiæ, Prioribus, Capitulo, Fratribus, & Personis super hoc opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, litigantium status, sententias quoque &c., ac Judicum prædictorum, necnon Partium &c. nomina præsentibus habentes pro sufficienter expressis, *Exemptionem*, nec non *Litteras prædictas authoritate Apostolica tenore præsentium innovamus*. Et insuper ipsorum Priorum, Capituli, Fratrum, ac Personarum potiori pro cautela *Prioratus*, *Ecclesias*, *Domos*, *Præposituras*, *& Loca hujusmodi ubicumque existentia*, quæ nunc, & in posterum ad ipsos pertinuerint, nec non *illorum Canonicos*, *Fratres*, *& Personas*, cum omnibus bonis, & Juribus, & per-

B

C

D
*Ac pro tutiori cauthela de novo totaliter exemit d. Ordinem, Ecclesias, & Canonicos ab omni jurisdictione, sub-*

*jectione, Visitatione, & potestate Ordinariorum.*

E

*Inhibuitque rursus iisdem, ne ullam jurisdictionem exercerent in dd. Ecclesias, Præposituras, & Canonicos d. Ordinis.*

*Ex eodem Nakielski fol. 524.*

& pertinentiis suis, *a Jurisdictione, subjectione, Visitatione, subsidio, procuratione, potestate, & dominio Ordinariorum hujusmodi* authoritate Apostolica prædicta *de novo in perpetuum eximimus, & totaliter liberamus*; Ita quod *Archiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi, & Ordinarii, aut eorum aliquis*, etiam ratione delicti, contractus, vel rei, ubicumque committatur delictum, iniatur contractus, seu res ipsa consistat, *non possint in Priores, Capitula, Prioratus, Ecclesias, Domos, Præposituras, Loca, Canonicos, Fratres, & Personas hujusmodi Jurisdictionem, seu potestatem, vel quodvis dominium quomodolibet exercere*. Nos enim omnes, & singulos processus, nec non excommunicationum, suspensionum, & interdicti sententias, aliasque Ecclesiasticas censuras, & pænas &c., & quidquid fieri, & attemptari contigerit contra tenorem nostræ Exemptionis hujusmodi, nullius decernimus existere firmitatis &c. *Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ* 1435. 6. *Kalen. Augusti* Pontificatus Nostri Anno quinto.

Num. 4.

*Relatas Bullas Urbani, & Eugenii IV. adprobavit, confirmavitque anno 1459. Pius PP. II.*

A

PIUS Episcopus Servus Servorum Dei &c. Regimini universalis Ecclesiæ præsidentes &c. Hinc est, quod nos singulas infrascriptas literas fel. rec. *Urbani IV.*, & *Eugenii* etiam *IV.* Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum tenores præsentibus successive inseri fecimus, qui tales sunt =

*Urbanus Episcopus* &c. Honestatis debito suadente &c.

*Eugenius Episcopus* &c. In supremæ dignitatis Apostolicæ Specula &c. &c. = Sequuntur tenores dd. Bullarum, de quibus supra *n.* 2., & 3.

Quare pro parte dilectorum filiorum &c. Nobis fuit humiliter supplicatum, ut exemptionibus, concessionibus &c. robur Apostolicæ confirmationis adjicere &c. dignaremur. Nos igitur &c. hujusmodi supplicationibus inclinati, *Exemptiones, decreta, concessiones, literasque insertas prædictas*, omniaque alia, & singula tam per alios Romanos Pontifices, quam alios quoscumque Ordini, & Domui prædictis concessa &c. authoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia tenore præsentium *ratificamus, approbamus, & confirmamus*, nec non præsentis scripti patroci-

B

nio

nio communimus, singulasque literas insertas prædictas cum omnibus contentis clausulis scientia, & authoritate similibus perpetuo subsistere decernimus, supplentes omnes, & singulos defectus &c. Datum Mantuæ *Anno Incarnationis Dominicæ* 1459. *quarto Idus Septembris* Pontificatus nostri anno secundo.

Quod quidem *Transumptum* ostensum, *& publicatum fuit in Capitulo Fratrum dicti Ordinis S. Sepulchri in Miechovv* per me Lucam Notarium publicum *de mandato D. Visitatoris* ibidem præsentis &c. *Anno Domini* 1464. præsentibus &c. Testibus &c. ad præmissa vocatis &c.

*Et Nos Petrus de Ripullo Vicarius, Visitator, & Procurator Generalis dicti Ordinis S. Sepulchri* quia dictum Transumptum fieri jussimus per discretum Lucam de Miechovv Scribam nostrum, ideò *in prædictis authoritatem nostram præponentes* pariter, *& decretum hoc manu nostra propria subscripsimus* die, & anno prædictis, & nostro majori sigillo impendenti jussimus roborari.

Extractum *ex eodem Nakielski Promptuar. antiquit. Monasterii Miechoviensis fol.* 520., *&* 525.

C

*Quarum quidem Apostolicarum Bullarum sumptum ostendit, & publicavit* anno 1464. *Visitator Generalis Ordinis SS. Sepulchri in Capitulo Fratrum Conventus Miechovien. ejusdem Ordinis.*

URBANUS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis *PRÆPOSITO, & Fratribus Ecclesiæ Dominici Sepulchri DE MIECHOVIA*, ad Ecclesiam Hierosolymitanam pertinentis Ordinis S. Augustini Cracovien. Diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem. *Cum ad Sanctam Hierosolymitanam Ecclesiam*, de cujus regimine benignitas Conditoris omnium &c. nos &c. ad Apostolicæ dignitatis fastigium evocavit, illa de causa potissimum affectum gerimus specialem, quia Deus, & Redemptor noster Dominus Jesus Christus eam sua corporali præsentia insignem reddidit &c. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus devotis inclinati, *Ecclesiam vestram de Miechovia, & omnia ipsius Membra existentia in Polonia, Boemia, Sclavonia, & Russia, Ungaria, & Teutonia ab omni jurisdictione, potestate, ac dominio Archiepiscoporum omnium, & aliorum quorumlibet Prælatorum, seu Capitulorum* tam Cathedralium, quam aliarum Ecclesiarum, & omnium Ecclesiasticarum Personarum *totaliter, & perpetuo authoritate Apostolica eximimus*: Statuen-

Num. 5.

*Speciali sua Bulla prælaudatus Summus Pontifex* Urbanus IV. *Ecclesiam de Miechovia, & omnia ipsius membra, Præpositum, & Canonicos exemit ab omni jurisdictione Ordinariorum.*

A



tuen-

B
*Interdicta iisdem Ordinariis qualibet jurisdictione, & potestate in prædictam Ecclesiam Miechoviensem, illiusque membra, & Personas.*

tuentes, ut *d. Ecclesia Miechoviensis, & Membra prædicta* in Spiritualibus, & temporalibus soli Hierosolymitanæ Ecclesiæ, & nulli alii sint subjecta, *ita quod nec dicti Archiepiscopi, & Episcopi, seu Prælati, Capitula, Ecclesiasticæque Personæ*, nisi tantum Patriarcha Hierosolymitanus, qui pro tempore fuerit, *dictam Ecclesiam vestram, & Membra ipsius, utpote ab illorum jurisdictione prorsus exempta, vel vos, aut Personas omnes* Domino servientes in illis, & in posterum servituras, communiter, vel divisim *interdicere, suspendere, vel excommunicare valeant, aut alias quocumque modo in vos, & Ecclesias vestras, Membraque prædicta, & Personas eorum potestatem, vel jurisdictionem aliquam exercere*. Nos enim, si secus præsumptum fuerit, decernimus irritum, & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam *nostræ Exemptionis*, Statuti, & Decreti infringere &c. Datum apud Urbem Veterem *II. Nonas Novembris Pontificatus nostri anno secundo*.

C
*Eademque Bulla Exemptionis Urbani IV. fuit confirmata a Gregorio PP. XI.*

GREGORIUS Episcopus &c. Dilectis Filiis *PRÆPOSITO, & Fratribus Domus Sepulchri Dominici Hierosolymitani DE MIECHOVIA* Ordinis S. Augustini Cracovien. Diæcesis salutem &c. *Vestræ Devotionis sinceritas* promeretur, ut vos, & Domum vestram paterno prosequentes affectu, petitiones vestras &c. admittamus. *Tenorem cujusdam Privilegii fel. rec. Urbani PP. IV.* Prædecessoris nostri, quod *incipit vetustate consumi*, & quod *inspici, & examinari fecimus diligenter*, de verbo ad verbum ad vestræ Supplicationis instantiam adnotari fecimus, qui talis est = *Urbanus Episcopus &c.: Cum Sanctam Hierosolymitanam Ecclesiam &c.*: Sequitur tenor d. Bullæ Urbani IV., de qua supra *num*. 5.

D

Nos itaque vestris in hac parte supplicationibus inclinati, *hujusmodi Privilegium authoritate Apostolica innovamus*, & præsentis scriptis patrocinio communimus &c.: Nulli ergo omnino Hominum &c. *Datum Avenioni II. Kalend. Maii Pontificatus nostri anno secundo*.

E
*Originalia dd. Bullarum recognovit anno 1386. Episcopus tunc Cracoviensis, ac illarum*

Universis, ad quos præsens Transumptum, seu publicum Instrumentum pervenerit. NOS JOANNES Divina, & Apostolicæ Sedis providentia EPISCOPUS CRACOVIEN. volumus esse notum, quod in nostra personaliter constitutus præsentia Religiosus Vir, Dominus *Stanislaus*

*Præpositus Miechovien.* Ordinis S. Augustini Dominici Sepulchri Hierosolymitani nostræ Cracovien. Diæcesis, *quasdam litteras* SSmi in Christo Patris *Gregorii olim Papæ XI. in pergameno scriptas*, *Bulla plumbea* more Romanæ Curiæ in filis serici, crocei, & rubei colorum pendenti *sigillatas*, *sanas*, *salvas*, *& integras*, non rasas, non abolitas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio suspicionis carentes, tenens suis in manibus, humiliter supplicavit, ut easdem propter pericula, & discrimina Viarum *per Notarios infrascriptos publicos scribi*, *& exemplari*, *cum interpositione Decreti nostri*, *& descriptione Bullæ* mandaremus; Nos ipsius justis, & dignis petitionibus annuentes, *per Notarios infrascriptos commisimus exemplandas*, *& in publicam formam redigendas*. Quarum *tenor de verbo ad verbum sequitur*, & est talis = *Gregorius Episcopus &c.* : *Vestræ devotionis sinceritas &c.* = Sequitur tenor tum *d. Bullæ*, *de qua supra litt. C.*, tum etiam *alterius præinsertæ Bullæ Urbani IV.*, de qua pariter *supra num. 5.*

Et quia *præsens Transumptum*, seu Exemplum *cum litteris Originalibus vidimus per omnia concordare*, auscultatione diligenti per Notarios prædictos facta; Ideò *Authoritate Nostra huic Transumpto*, *seu Exemplo nostram apponimus authoritatem*, *& Decretum*; Decernentes, *quod præsenti Transumpto*, seù Exemplo *in Judiciis*, *& extra ubique*, quotiescumque opus fuerit, *in omnibus credatur*, sicut credendum esset *litteræ Originali supradictæ*, & quod similem vim habeat hujusmodi Transumptum, seu Exemplum, qualem habet *littera Originalis præscripta*. In cujus rei testimonium præsens Transumptum, seu Exemplum *per Gregorium Gregorii de Raysco*, *Boguslaum Bartholomæi de Velacovv Notarios publicos* infrascriptos scribi, & *sigilli nostri appensione fecimus communiri*. Actum, & *datum sub anno Domini* 1386. *mensis Decembris die* 28. hora sexta vel quasi &c. in Stuba majori habitationis nostræ in Cracovia, præsentibus honorabilibus Viris Dominis Nicolao Scholastico Scarbimiriensi, Mecxslao Adæ, Michaele de Bronissovv &c. Canonicis Ecclesiæ Cracovien., & Sulislao Archidiacono Sandomirien. &c. testibus ad præmissa =

*Transumptum per duos publicos Notarios confici jussit*, *quod deinde appositione sui Sigilli munivit*, *plenamq. fidem eidem Transumpto*, *perinde ac ipsis Litteris Originalibus*, *adhibendam esse decrevit*.

F

G

H

*Et Ego Gregorius Gregorii de Roysco &c. publicus &c. Notarius* prædictarum litterarum Apostolicarum exhibitioni, exemplationi, & transumptioni, decreti interpositioni, aliisque omnibus, & singulis superius expressis cum Notario publico subscripto, & testibus præscriptis præsens interfui, eaque sic fieri vidi, & audivi, & ea *in hanc publicam formam cum præfati Domini Episcopi Sigilli appensione, & de mandato ipsius redegi*, signo, & nomine meis solitis consignando in fidem, & testimonium omnium præmissorum rogatus, & requisitus.

*Et Ego Boguslaus Bartholomæi de Velacovv Publicus &c. Notarius* dd. Litterarum Apostolicarum Originalium exhibitioni, præsentationi, exemplorum transumptioni, & decreti interpositioni &c. unacum Not. suprascripto, & Testibus &c. præsens interfui &c. in fidem, & testimonium omnium præmissorum requisitus specialiter, & rogatus.

Sequitur alia legalitas in forma &c.

I

*Idque ipsum rursus statuit suo Decreto anno* 1505. *Officialis Generalis Cracovien., coram quo prædictæ Originales Bullæ Urbani IV., & Gregorii XI., necnon altera Martini V., de qua in* seq. num. 6., *fuerunt productæ.*

*Valentinus de Ilkuss* Canonicus, *& Officialis Generalis Cracovien.* Significamus tenore præsentium, quomodo *coram Nobis* constitutus personaliter Ven. Vir *Martinus Præpositus Monasterii Miechoviensis* Fratrum Ordinis Sacrosancti Sepulchri Dominici Hierosolymitani &c. habens suis in manibus certas *Litteras Apostolicas*, monimenta, Privilegia dicto Monasterio, & bonis eorumdem concessa, *sanas, salvas, non vitiatas, non cancellatas*, neque in aliqua parte sui suspectas, *omnique prorsus vitio, & suspicionis nota carentes*, allegandoque, & asserendo, dictas Litteras propter pericula, & discrimina Viarum ad Romanam Curiam in securum portari, & deferri posse, petivitque, & cum instantia postulavit, *illas per nos transumi*, transcribi, & exemplari, *& in publicam formam redigi*, ac decretum nostrum eisdem interponere dignaremur. Tandem nos &c. hujusmodi supplicationibus tamquam justis &c. annuentes &c., *præfatas Litteras, Privilegia*, & monimenta *de verbo ad verbum transumi*, transcribi, subscribi, *exemplari, & in publicam formam redigi*, ac Authoritatem, & Decretum nostrum imponi decrevimus, & decernimus per præsentes. Ita tamen, quod *hujusmodi nostro Transumpto tamquam illis ori-*

*originaliter productis ubique fides adhibeatur*; quarum Litterarum tenores sequuntur in hunc modum.

I. Monachus Dei gratia S. Resurrectionis Ecclesiæ Patriarcha &c.

II. Bulla Innocentii III. &c.

V. *Bulla Urbani IV.*, quæ incipit = *Cum ad S. Hierosolymitanam Ecclesiam &c.*, de qua supra *num.* 5.

X. *Bulla Gregorii XI.* quæ incipit = *Vestræ devotionis sinceritas &c.*, de qua supra *d. num.* 5. *litt.* C.

XII. *Bulla Martini V.* quæ incipit = *Ex Apostolicæ Sedis provisione &c*, de qua *sequenti n.* 6.

In quorum omnium fidem &c. præsentis transumpti Litteras, sive præsens publicum Instrumentum per Notarium publicum scribi, subscribi, nostrique Sigilli appensione jussimus communiri. *Datum Cracoviæ die 26. Novembris* 1505. præsentibus &c. Ego Petrus de Novviemasto publicus Authoritate Apostolica Notarius &c.

K

*Ex eodem Nakielski fol* 568.

Num. 6.

*Itidemque* Martinus V. *suprad. Bullam Urbani IV.*, *prævia illius diligenti inspectione, & examine in Apostolica Cancellaria, specificè confirmavit, & innovavit.*

A

MARTINUS Episcopus Servus Servorum Dei &c. *Ex Apostolicæ Sedis provisione*, ac personarum præsertim sub regulari observantia Domino famulantium studio piæ vitæ devotione provenire dignoscitur, ut Romanus Pontifex quandoque Prædecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innovet, & restauret, & innovata conservet. Sane pro parte dilectorum filiorum *PRÆPOSITI*, *& Fratrum Domus S. Sepulchri Dominici de Miechovia &c.* nobis extitit humiliter supplicatum, ut felicis recordationis *Urbani Papæ IV.* Prædecessoris nostri eis concessas Litteras, cum incipiant vetustate consumi, innovare de benignitate Apostolica dignaremur. Quarum tenor sequitur in hæc verba = *Urbanus Episcopus &c. Cum ad Sanctam Hierosolymitanam Ecclesiam &c.* = Sequitur tenor dictæ Bullæ.

B

Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, *Literas ipsas, quas in Cancellaria nostra diligenter inspici, & examinari fecimus*, Authoritate Apostolica *tenore præsentium innovamus*, & præsentis scripti patrocinio *communimus &c.*. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innovationis, communitionis, & voluntatis infringere &c. *Datum Ro-*

*mæ apud S. Petrum 4. Kalen. Junii Pontificatus nostri Anno quarto.*

Loco ✠ plumbi.

Sequitur Legalitas.

Num. 7.
*Præpositus Generalis Miechovien. verens, ne ob ass. suppressionem Ordinis S. Sepulchri ab Innocentio VIII. demandatam, quidquam detrimenti sentirent Loca, & Monasteria d. sui Ordinis in Polonia, vicinisque Provinciis existentia, Anno 1505. exemplari fecit omnia Apostolica Privilegia, iisque ab Officiali Cracovien., & Not. subscriptis, ut supra n. 5. lit. I., & ad S. Sedem transmissis, obtinuit à Summo Pontifice* Julio II. *confirmationem dd. Privilegiorum, omniumque libertatum, & Exemptionum à Summis Pontificibus præcedenter concessarum.*

*Ex eodem Nakielski fol. 568.*

Porro *Martinus* recenter electus *Præpositus Miechoviensis* perspicaci mentis oculo considerans, *in quam graves Scopulos nuper Ordo noster in Italia* inciderat, *ne pari calamitate etiam in Polonia, vicinisque Provinciis Loca, & Monasteria, quæ suæ Jurisdictionis erant, involverentur*, sagaci mente tantis procellis occurrere intendens, præclarissimorum Privilegiorum à Summis Pontificibus olim ipsimet Conventui Miechoviensi, Membrisque sibi annexis gratiose concessorum *fecit compilationem*, Illaque *in forma publici Instrumenti* redacta, & *manu Officialis Generalis Cracovien.*, atque *publici Notarii* subscripta, & *Sigillis munita*, Romam *ad Sedem Apostolicam transmisit*, petens humiliter, quatenus *Ordo antiquus*, tot gratiis, & diplomatibus Summorum Pontificum nobilitatus, *in sua antiqua observantia, & statu tute, & tranquille conservaretur*. Effecitque perinde, ut non solum in tranquillo portu *Authoritate Pontificis* feliciter tunc Universali Ecclesiæ præsidentis *Conventus suus cum annexis sibi Membris collocaretur*, verum etiam, ne in futurum quis lacessere Ordinem, vel statum illius aliquomodo invertere audeat, *cuncta Privilegia* priscorum Pontificum *tam Universo Ordini* in genere, quam *ipsi Conventui Miechoviensi* in specie concessa *in suo robore conservari decrevit, Authoritateque Pontificia confirmavit*, diro anathemate omnes percellens, qui suo decreto in aliquo contravenire præsumpserint.

Num. 8.
*Sequitur tenor d. Bullæ confirmatoriæ Julii PP. II.*

JULIUS Episcopus &c. Dilectis filiis *PRÆPOSITO*, & *Fratribus Domus Miechoviensis* Sepulchri Dominici Hierosolymitani Ordinis Sancti Augustini Cracovien. Diœcesis salutem &c. Cum a Nobis petitur, quod justum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem Officii nostri ad debitum deducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino Filii vestris justis postulationibus paterno concurrentes assensu, *omnes libertates*,

*& im-*

*& immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus*, sive *per Privilegia*, vel alias indulgentias *Vobis*, *& dictæ Domui concessas*, necnon *libertates*, *& exemptiones &c.* vobis, & Domui Vestræ præfatæ rationabiliter indultas, specialiter autem decimas primitias &c. Possessiones &c. jura, Jurisdictiones, & alia bona ad dictum Monasterium spectantia, necnon omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica, cum Cura, & sine Cura, eidem Domui vestrę canonice unita, annexa, & incorporata, sicuti vos in usus proprios obtinere asseritis, cum omnibus juribus, & pertinentiis eorum, sicuti ea omnia juste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem Domui Vestræ *Authoritate Apostolica confirmamus*, *& præsentis scripti patrocinio communimus*. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire &c.. *Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ* 1506. *XIII. Idus Aprilis Pontificatus nostri Anno tertio*.

*Ex eodem Nakielski fol.*570.

Num. 9.

*Deindeque à Summo Pontifice Leone* X. Anno 1520., *longe post ass. suppressionem Innocentianam*, *fuit quoque confirmata Bulla Exemptionis Urbani IV.*, *de qua* in præced. n.5. A

LEO PAPA X. Dilecti Filii salutem, & Apostolicam Benedictionem: Dudum felicis recordationis *Urbanus Papa IV.* Prædecessor noster tunc *Præpositi*, *& Fratrum Domus S. Sepulchri Dominici de Miechovia* Ordinis S. Augustini Cracovien. Diæcesis supplicationibus inclinatus, *dictam Domum*, *& omnia ipsius Membra in Poloniæ*, Boemiæ, Sclavoniæ, Russiæ, Ungariæ, & Teutoniæ *Regnis*, *& Dominiis existentia ab omni Jurisdictione, potestate, & dominio Archiepiscoporum omnium*, *& aliorum quorumlibet Prælatorum*, *seu Capitulorum totaliter in perpetuum authoritate Apostolica exemit*, *statuens*, *quod Ecclesia de Miechovia*, *ac illius Membra* hujusmodi in spiritualibus, & temporalibus soli Hierosolimitanæ Ecclesiæ, & nulli alii subjecta essent, quodque præter Patriarcham Hierosolymitanum, *nulli Archiepiscopi*, *Episcopi Ecclesiam de Miechovia*, *ac illius Membra hujusmodi*, *utpote ab illorum Jurisdictione prorsus exempta*, *aut illius Prępositum*, *& Fratres prædictos*, *seu Personas omnes in illis Domino tunc servientes*, *& in posterum servituras* interdicere, suspendere, vel excommunicare, aut alias quocumque modò *in Ecclesiam de Mie-*

*Ex eodem Nakielski fol.* 598.

B

*Ac fuit expressè inhibitum Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Ordinariis, ne aliquam præsumerent exercere jurisdictionẽ, superioritatem, visitationem, correctionem in Ecclesiam Miechovien., ac illius membra, necnon in Præpositum Generalem, & Fratres d. Ordinis.*

C

D

*chovia, aut illius Membra, eorumque Fratres, & Personas hujusmodi potestatem, vel Jurisdictionem aliquam exercere valerent*, & decernens irritum, & inane, quidquid secus contingeret attentari, prout in ipsius Urbani Prædecessoris nostri desuper confectis litteris dicitur plenius contineri. Quo circa discretioni vestræ &c. committimus, & mandamus, quatenus &c. *omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Locorum Ordinariis, eorumque Vicariis*, Officialibus, *per Regna, & Dominia prædicta &c.* constitutis &c. authoritate nostra *inhibeatis*, ne ipsi per se, vel eorum Ministros *in Præpositum, & Fratres, ac alios exemptos hujusmodi Jurisdictionem, superioritatem, correctionem, visitationem, dominium, aut potestatem aliquam exercere*, sub excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, aut quasvis alias Ecclesiasticas sententias promulgare &c., aut alias *Præpositum, seu Fratres, & alios exemptos hujusmodi contra dictæ exemptionis tenorem, quovis modo* directe, vel indirecte *inquietare, seu perturbare audeant*. Et nihilominus litteras prædictas, ubi, & quando opus fuerit &c. *eisdem Præposito, & Fratribus* efficacis defensionis præsidio *assistentes, faciatis exemptionem*, statutum, & decretum *Urbani* Prædecessoris hujusmodi, dicta authoritate nostra perpetuis futuris temporibus *firmiter observari*, ac singulos, quos litteræ prædictæ concernunt, illis, ac in eis contentis *pacifice frui, & gaudere*. Non permittentes, *Præpositum*, seu *Fratres*, aut alios exemptos *per Archiepiscopos, Episcopos, Ordinarios, Officiales, seu Ministros hujusmodi*, aut quoscumque alios desuper quomodolibet *indebite molestari &c.* Datum Malliani Portuensis Diœcesis sub annulo Piscatoris *die* 11. *Maij* MDXX. Pontificatus Nostri *ann.* VII.

Num. 10.
*Rursus idem Summus Pontifex alia sua Bulla Conventum Miechovien. suscepit sub protectionem S. Sedis, omnesque libertates, & immunitates*

*Leo Episcopus &c.* Dilectis Filiis PRÆPOSITO, *& Fratribus Domus in Miechovv.* Sepulchri Dominici Hierosolymitani &c. salutem &c. Quapropter dilecti in Domino Filij vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, Personas vestras, & locum, in quo estis divino obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum obtinetis, & in futurum justis

mo-

modis præstante Domino, poteritis adipisci, *sub Beati Petri protectionem suscipimus*, atque jura, omnesque libertates, & Immunitates a felicis recordationis *Innocentio III., Urbano III., Martino IV., Clemente V., Gregorio XI., Urbano IV., Martino V., Eugenio IV., & aliis Romanis Pontificibus* Prædecessoribus nostris, sive per Privilegia, & Indulta, vel alias Concessiones *Vobis, & Domui vestræ* Sepulchri Dominici Hierosolymitani Ordinis S. Augustini, *& Ordini* præfatis concessas, nec non libertates, & exemptiones &c. *authoritate Apostolica confirmamus*, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ susceptionis, Confirmationis, & Communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire &c., Datum Romæ apud S. Petrum *Anno Incarnationis Dominicæ* 1520. 17. *Kal. Septembris* Pontificatus nostri Anno octavo.

*a Prædecessoribus Pontificibus concessas confirmavit.*

A

*Ex eodem Nakielski fol.* 600.

Num. 11.

*Ac per aliam ejusdem Pontificis Bullam omnis jurisdictio in Domos, Prioratus, Ecclesias Ordinis, in Regnis Poloniæ, & Russiæ existentes, illorumque Personas tam in Capite, quam in membris conceditur, & confirmatur uni Preposito Generali Conventus Miechoviensis.*

A

LEO EPISCOPUS Servus Servorum Dei; Dilectis filiis *Præposito Præposituræ, seu Domus* Sepulchri Dominici Hierosolymitani *Miechoviensis* Ordinis S. Augustini Cracoviensis Diœcesis, salutem, & Apostolicam benedictionem &c. Exhibita sane nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod alias tunc *Prior Generalis Domorum, & Fratrum* Dominici Sepulchri Hierosolymitani Ordinis S. Augustini ex certa ejus scientia Vicariatus Officium Domorum, & Canonicorum Fratrum Dominici Sepulchri hujusmodi *in Poloniæ Majoris, & Russiæ Regnis* consistentium, pro tempore existenti *PRÆPOSITO Domus* Dominici Sepulchri hujusmodi *de Miechovia dicti Ordinis concessit, & assignavit*, ac eumdem *Præpositum* in Vicarium suum instituit, & creavit, *dans, & concedens* eidem *Præposito* pro tempore existenti, per se, vel per alium, seu alios, quando, & quoties sibi videbitur expedire, *dicti Ordinis Domos, Prioratus, Ecclesias tunc in ipsis Regnis constructas, & construendas, ac illorum Personas tam in Capite, quam membris visitandi, & corrigendi, ac puniendi, ac absque Locorum Ordinariorum licentia electiones in locis sibi subjectis pro tempore factas approbandi, confirmandi, cassandi, & corrigendi, ac Domibus, ac Locis*

*Regnorum hujusmodi de Personis idoneis providendi, ac ejus Authoritate Loca, & Canonicales portiones inibi erigendi, & de illis etiam providendi, ac Rochettum Fratribus dicti Ordinis in ipsis Regnis commorantibus* pro tempore Canonicis *juxta Regularia Statuta ejusdem Ordinis concedendi, & tradendi &c.*, ac omnia, & singula alia, quæ pro tempore *ipse Prior Generalis tam sua Ordinaria, quam Apostolica Auctoritatibus facere, & exercere possit*, faciendi, & exercendi, *concessit facultatem &c.* QUÆ OMNIA *a Nobis Apostolico petiisti munimine roborari*. Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, *concessionem, assignationem, & facultatem prædictas, sicuti rite, & provide processerunt, & factæ sunt, Auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus &c.* Datum *Romæ* apud S. Petrum *Anno* Incarnationis Dominicæ 1520. *tertio Non. Octobris* Pontificatus Nostri *anno* 8.

**Ex cit. Nakielski fol.** 600.

B

## INNOCENTIUS PP. XI. &c.

Num. 12.
*Innocentius XI. anno 1680. approbavit, confirmavitque Præposito Generali, & universo Ordini omnes Bullas, & Indulta Apostolica, signanter Urbani IV., Gregorii XI., Martini V. & Leonis X., ac omnia Privilegia, Exemptiones, & prærogativas per Pontifices eidem Ordini, & Conventui Miechovien. concessas.*

Exhibita &c. Nobis nuper pro parte Dilecti Filii *Petri de Pilca Korycinski PRÆPOSITI GENERALIS Ordinis Sepulchri Dominici Hierosolymitani* Canonicorum Regularium sub Regula Sancti Augustini viventium petitio continebat, quod *Monasterium, & Conventus Miechoviensis* dicti Ordinis, Nullius, seù Cracovien. Diæcesis, ac *universus Ordo* hujusmodi ab immemorabili tempore reperiuntur in possessione, seù quasi fruendi, & potiendi nonnullis *Privilegiis, libertatibus, immunitatibus, prærogativis, Indulgentiis, Gratiis, & Indultis* illis à diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, & præsertim *ab Innocentio III., Urbano III., Martino IV., Clemente V., Gregorio XI., Urbano IV., Eugenio similiter IV., Leone X., Urbano VIII.*, & forsan aliis *concessis*, & successivè ab iisdem *confirmatis*, prout in singulis cujuslibet eorum concessionis, & confirmationis hujusmodi Litteris, ad quas relatio haberi possit, & debeat, plenius continetur. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, dictus Exponens existimet, ea, quæ à Sede Apostolica emanarunt, eo validius subsistere, &

me-

melius ab omnibus observari, *quo sæpius ejusdem Sedis Patrocinio venirent roborata*, sperentque etiam, nonnulla Loca, seu Membra dicti Ordinis à proprio Corpore, incuria, qui ante fuerunt Præpositorum Commendatariorum separata, *suo Capiti*, si eamdem Sedem Apostolicam propitiam agnoverint, & benignam, eo tandem unde avulsa sunt reversura, ut *secundum Regularia Ordinis ejusdem Instituta* tanto felicius, ac securius Divino cultui vacare valeant, quanto strictius in unum se hoc beneficio viderent restituta. Ideo nobis humiliter supplicari fecit Exponens *Præpositus*, quatenus *sibi*, *ac Monasterio*, *&* *Conventibus*, *nec non UniversoOrdini* hujusmodi in præmissis opportune providere de Benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur *eumdem Exponentem*, *ac Monasterium*, *&* *Conventum*, *nec non Universum Ordinen* hujusmodi specialis gratiæ favore prosequi volentes &c., hujusmodi Supplicationibus inclinati, *ex Voto Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium*, negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, *Privilegia*, *&* *libertates*, *Immunitates*, *Gratias*, *Indulgentias*, *Exemptiones*, *prærogativas*, *& Indulta hujusmodi*, *ac demum omnia in primo dd. Litteris contenta &c.* d. Apostolica Authoritate tenore præsentium *approbamus*, *& confirmamus &c.*, illisque perpetuæ, & inviolabilis, ac inconcussæ Apostolicæ firmitatis robur adjicimus &c. Non obstantibus &c. *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Die* 13. *Septembris* 1680. *Pontificatus Nostri Anno quarto*.

*Statuta Fratrum S. Sepulchri D. Hierosolymitani.*

Num. 13.
*Constitutiones sancitæ in duobus Capitulis Generalibus annis* 1585., *&* 1586. *celebratis sub Card. Bathoreo Præposito Generali Miechovien.*

Nos *Andreas Bathoreus* S. R. E. &c. Cardinalis &c. *PRÆPOSITUS MIECHOVIEN. GENERALIS*. Ad Dei Omnipotentis, Beatæque semper Virginis Mariæ laudem hæc pro Christianæ morum Disciplinæ conformatione, qua *Fratres nostros Sancti Sepulchri* Fidei nostræ concreditos prælucere, totis in Christo visceribus expetimus, de consilio, & assensu Reverendorum Præpositorum, Plebanorum, aliorumque Fratrum Sancti Sepulchri Hierosolymitani, qui Capitulo Generali interesse debent,

*in Capitulo Generali Miechoviensi* decernimus, statuimus, & sancimus &c.

## CONSTITUTIO VI.

*De Conditionibus eorum, qui mittendi sunt ad Sacras Ordinationes.*

A
*Præpositi Generalis potestas est concedendi Canonicis Regularibus Ordinis litteras dimissoriales pro suscipiendis Ordinibus à quocunque Antistite.*

Quod Tridentina Synodus sancivit, ut qui Ordinibus Ecclesiasticis adscribendi sunt, primum examinentur, an ea rerum cognitione sint imbuti, quam illius gradus functio desiderat, volumus, ut perpetuo *in nostra etiam Religione observetur*, ut scilicet antequam ad Episcopos mittantur, tres Viri docti &c., qui huic muneri singulis Capitulis Generalibus plurium Votis præficientur, *præsente PRÆPOSITO GENERALI*, vel Custode Conventus, eos, qui promovendi sunt, de doctrina, & eruditione diligentèr examinent. Qui digni habiti erunt, testimonium *A PRÆPOSITO GENERALI* scripto, & sigillo confirmatum accipiant, *cum facultate hujusmodi Ordines suscipiendi à quocumque Antistite*, & speciatim ab eo, qui Sacras Ordinationes indixit.

B
Si qui *nesciente, aut non concedente PRÆPOSITO GENERALI promoti fuerint*, nullam in Religione talis Ordinis Functiones obire poterunt, sed *sint ipso facto suspensi*.

*Extractum ex libro dd. Constitutionum fol. 35.*

Litteræ facultatis Ordines suscipiendi, vel etiam Dimissoriales,

C
*Præscribitur formula dd. Litterarum dimissorialium pro suscipiendis Ordinibus à quocunque Antistite cujuslibet Diæcesis.*

Tibi *Fratri N. N. Nostri Ordinis Professo*, cujus Vitæ probitas, & mores in Regulari Disciplina nobis explorati, & testificati sunt, quum de Ecclesiasticarum rerum eruditione jussu nostro examinatus fueris, & idoneus repertus, qui ad primam tonsuram, & Minores Ordines, ac Sacrum Subdiaconatum, vel N. N. promoveris, *facultatem his nostris Litteris impertimur*, statis temporibus Sacræ Ordinationis *hujusmodi Ordines suscipiendi à quolibet Reverendissimo Antistite cujuscumque Diœcesis*, liberam potestatem habente, præsertim à Reverendissimo Episcopo Laodicensi, & Cracoviensi Suffraganeo &c. Quamobrem Te omnibus commendamus, ut quæ est eorum charitas, benignè amplectantur, & quacumque possunt ratione,

ne ; aditum ad tales Ordines patefaciant :

CONSTITUTIO XVII. DE ELECTIONIBUS AD BENEFICIA = Cum omnis progressio Spiritualis, quæ à Populo expetitur, in iis, quæ Curæ, & administrationi de illius salute præfecti sunt, maxime consistat, omni studio curandum est, ut is deligatur, qui moribus, doctrina, & rerum Ecclesiasticarum usu cæteris præstet. Quare *REVERENDISSIMUS GENERALIS*, quando è re sua esse censebit, Fratribus in Conventu significet, & indicet diem electionis futurum crastinum hora tali &c.; tamen quod longa consuetudine ad hoc usque tempus comparatum est, *ut quem Fratres elegerint*, *REVERENDISSIMO GENERALI integrum sit confirmare, aut eo repulso, petere, ut alteri vota ferant*, perpetuo retineatur, alias electio irrita sit, & nulla.

D
*Atque etiam ad Præpositum Generalem spectat confirmare, vel reprobare electiones Canonicorũ ad Præposituras, Parochiales, aliaque Beneficia, & Officia Ordinis.*

Extractum ex iisdem Constitutionibus fol. 70.

SIXTUS Episcopus Servus Servorum Dei &c. Exhibita nobis nuper pro parte Dilecti Filii Nostri Andreæ S. Adriani Diaconi *Cardinalis Bathorei* nuncupati, *PRÆPOSITI GENERALIS* Frattum Custodum S. Sepulchri &c. sub regula S. Augustini Canonicorum Regularium petitio continebat &c., quod ipse Andreas Cardinalis, eo quo debebat desiderio flagrans, ut *Fratres Ordinis* hujusmodi suæ fidei crediti, & in Conventu, ac in locis Regularium Beneficiorum, quibus adscripti sunt, Regularis Vitæ Disciplinam præseferrent, Ecclesiis verò, quæ sunt eorum Curæ commissæ, omni studio, ac diligentia inservirent, *in duobus Capitulis Generalibus*, in Oppido *Miechoviensi* Cracovien. Diæcesis, diverso tempore celebratis, de consilio, & assensu Dilectorum Filiorum *Præpositorum*, *Plebanorum*, *aliorumque Fratrum d. Ordinis*, qui inibi interesse debebant, ad Dei Omnipotentis, Beatæque semper Virginis Mariæ laudem, ac pro Christianæ Disciplinæ conservatione *nonnulla Statuta*, *Ordinationes*, *Capitula*, *& Decreta &c. condidit*, *statuit*, *sancivit*, *& decrevit*. Cum autem &c. dictus Andreas Card. præd. Statuta, Ordinationes &c. pro eorum subsistentia per Nos, & Sedem Apostolicam *confirmari*, *& approbari* summopere desideret, *pro ipsius Andreæ Card. parte* Nobis fuit

Num. 14.
*Sixtus PP.V. ad petitionem d. Card. Bathorei Præpositi Generalis anno 1586. approbavit, & confirmavit editas in dd. duobus Capitulis Generalibus Constitutiones.*

A

fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportune providere de Benignitate Apostolica dignaremur. *Nos igitur &c.* hujusmodi supplicationibus inclinati, *omnia, & singula &c. Statuta, Ordinationes, Capitula, & Decreta per eumdem Andream Cardinalem in dd. duobus Capitulis Generalibus*, & quolibet ipsorum *facta, ordinata, sancita, & stabilita &c.* Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò *confirmamus, & approbamus &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ* 1586. 14. *die Decembris* Pontificatus nostri anno 2.

B

Num. 15.

*Aliæ Constitutiones conditæ fuerunt in duobus aliis Capitulis generalibus annorum 1620., & 1625. sub Matthia LubiensKi altero Præposito Generali.*

*Ex Libro dd. Constitutionum in princip.*

*Matthias Lubienski* Canonicorum Regularium Sancti Sepulchri *PRÆPOSITUS GENERALIS* Universis Religiosis Nostris Fratribus salutem &c. Posteaquam Divina vocatione &c. ad sustinendum munus *Generalis Præpositi* Ordinis Canonicorum Divi Augustini Custodum Sepulchri Domini admoti sumus &c., eò causam, studiumque nostrum contulimus, ut præscriptam à Majoribus nostris Religiosæ vitæ normam inspiceremus; *universique Ordinis nostri* Religiosos, & Loca, Ecclesiasque eorum curæ commissas, *instituta, & peracta generali Visitatione*, lustraremus &c., quibus ex animi nostri Sententia &c. peractis, reliquum erat, ut, coacta universi *Ordinis nostri Hierosolymitani Congregatione*, consilium caperemus &c., leges, & Constitutiones &c. formaremus, alias, quas præsens rerum status poscebat, conderemus. Quod quidem &c. hisce diebus præstitimus, *convocata, & peracta Synodo Ordinis nostri*, in qua more, institutoque Majorum nostrorum *Constitutiones Ordini*, & Instituto nostro &c. consentaneas sanximus, condidimusque, quas &c. in lucem damus &c.

A

*In dd. Constitutionibus præmittitur titulus* de Officio Præpositi Generalis, *cui inter cætera commendatur Visitatio Ecclesiarum Ordinis sive per se, sive per suos Com-*

DE OFFICIO PRÆPOSITI GENERALIS.

Quandoquidem Pastoris Officium est præcedere, Ovium autem sequi, ideo operæ pretium fuerit, ut *PRÆPOSITUS GENERALIS* à se ipso Reformationem incipiat, & memor Religiosæ vocationis suæ, vitam suam ex præscripto Regulæ, & Constitutionum Ordinis ita instituat, ut *reliquis Membris* sit ad omnem virtutem, & perfectio-

fectionem exemplo, & incitamento. Circa Ecclesiam suam resideat &c., communi vitæ cum Fratribus assuescat, & cum illis in Choro, Capitulo, Refectorio &c. sit frequens &c. *Beneficia ad Conventum Miechovien. pertinentia* nemini alteri præterquam ejusdem Ordinis Presbyteris &c. electis *conferet &c.* Maximè autem attendere debet, ut omnes Fratres suæ Curæ commissi vocationi suæ Religiosæ respondeant &c., atque ejus rei causa *ipsum Monasterium* sæpius, *reliquas autem Ecclesias* per Provinciales quidem *semel quolibet anno*, *per se* autem, vel si legitimè fuerit impeditus, *per suos Commissarios singulis trienniis visitet*, & quæ depravata repererit, *reformare*, & in spiritu lenitatis, *corrigere* studeat, ac præterea Capitula Generalia (: singulis trienniis, nisi aliquod legale obstiterit impedimentum:) *Miechoviæ* habeat, & in iis de Disciplina Regulari retinenda, & de moribus depravatis corrigendis cum Fratribus Ordinis maturiori judicio præditis consilia conferat.

*missarios quolibet triennio facienda.*

C

*Extractum ex libro dd. Constitutionum fol. 1.*

## DE OFFICIO PROVINCIALIUM.

B

*Designatur numerus Provincialium, ac describuntur Parochiales Ecclesiæ Ordinis, in Polonia, & Russia existentes, quæ cujuslibet respectivè Provincialis Visitationi subiiciuntur, cum totali tamen subordinatione in omnibus erga Præpositum Generalem uti Superiorem, & Caput Ordinis.*

Provinciales &c. ita se gerant, prout illorum Officium in Constit. 8. lib. 3. Cap. Gen. 2. descriptum exigit &c. Imprimis *Ecclesias* Ditioni suæ subjectas, *omnes quidem semel in anno*, tempore in Capitulo &c. præscripto, singulas autem, emergente aliquo casu &c. *per se visitent*, diligentemque de vita, & conversatione Fratrum ad suam Provinciam pertinentium inquisitionem facere non negligant. Excessus si quos forte adverterint, leviores quidem, juxta Constit. præscriptum, ipsimet puniant, graviores autem *ad Nos* deferant. Alterum vero est, ut saltem singulis anni quatuor temporibus *AD REVERENDISSIMUM GENERALEM* Litteras mittant, quibus eum *de rebus omnibus suæ Provinciæ* commonefaciant, & consilium de rebus arduis, & difficilioribus exquirant &c.

Quoniam autem de electione, & de numero Provincialium in Constitut. Ordinis nostri nil expressum habemus, ideo statuimus, ut in posterum nonnisi à Capitulo Generali *quatuor* deligantur &c. Si tamen aliquem ante tempus Capi-

pituli Generalis è vivis decedere contigerit, liberum erit *PRÆPOSITO GENERAl* alium in locum demortui ſubrogare&c. Debent autem eſſe numero quatuor: videlicet *Majoris Poloniæ, cui Eccleſiæ* Gneſnen., Sempelborien., Pyſdren., Siradien., & Grodziſcen., *Minoris Poloniæ, cui Eccleſiæ* Sanctæ Hedvigis in Stradom, VVrocimovien., Uniejovien., Urocirien., Chelmen., Zarnovecen., Chodovien. in Minori Polonia, Bytomien., Charzovien. In Sileſia, Landecen., Lapſen., & Januſvien. in Ungaria: *Ruſſiæ*, cui *Eccleſiæ* Prevorſcen., Lezayſcen., Gnievvcſyneu., Giedlarovien., Urzevicen., Rudolovien., & Tuliglovien. *Maſoviæ*, cui *Eccleſiæ* Viſſegradien., Rembovien., Scariſſovien., Gorznen., Rypinen., & Legonicen. *una cum ſuo Clero perpetuo ſubjectæ eſſe debent*.

*Extractum ex dd. Conſtitutionibus fol.*33.

Num. 16.
*EaſdemConſtitutiones confirmavit* anno 1626. *Urbanus PP. VIII. ad petitionem nominati Matthiæ Lubienski tunc Præpoſiti GeneralisOrdinis*.

URBANUS PP. VIII.

Ad futuram rei memoriam &c. Exponi Nobis nuper fecit Venerabilis Frater *Matthias Epiſcopus Chelmenſis Ordinis Canonicorum Regularium* Cuſtodum Sepulchri Dominici ſub regula S. Auguſtini PRÆPOSITUS GENERALIS, quod in uno *anno MDCXX.*, & altero *anno MDCXXV.* celebratis d.Ordinis *CapitulisGeneralibus*, nonnullæ *Conſtitutiones pro dictorum Canonicorum felici regimine, & gubernio æditæ, & ſancitæ fuerunt*, illaſque pro majori earum ſubſiſtentia, & obſervantia Apoſtolicæ noſtræ Confirmationis robore communiri plurimum deſiderat. Nobiſque propterea humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur, *Nos* igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, *Conſtitutiones hujuſmodi &c. Apoſtolica Auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus*, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus &c. DATUM Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris DIE 14. JANUAR. MDCXXVI Pontificatus noſtri ann. 3.

*Ex libro dd. Conſtitutionum fol.*38.

Num. 17.
*Sequuntur innumeri Actus Viſitationum Eccleſiarum*

Venerabilis, & Religioſe Frater &c. Jam tandem Capitulum Generale à nobis &c. celebratum à SSmo Domino Noſtro *Sixto V.* confirma-

matum in lucem prodiit. Cui satisfacere volentes, primum constituimus ei parti satisfacere, quæ *ad Ecclesiarum visitationem, & Fratrum vitam, & mores reformandos* spectat. Itaque litteris nostris acceptis Fraternitas tua, quæ sibi concredita est Provincia, *universam visitabit*, ita ut Dominica post primam Dominicam Octavæ Corporis Christi Congregationem Provinciæ facere possit &c. Quæ præcipue *capita examinis in visitando* esse debeant, R. V. *his adjuncta mittimus*, quid in Congregatione Provinciæ agendum sit, Capitulum docet, quod antequam R. V. in Congregatione publicabit, prout Nos jam Miechoviæ publicavimus, diligenter legat, & intelligat. Mittimus litteras ad Congregationem Provinciæ, quas R. V. tanquam Præses offeret, & iis præsentibus aperiet &c. *Miechoviæ* 15. *Maii* 1587.

*Andreas Cardinalis Batthoreus.*

*Ordinis fact. à Præpositis Generalibus sive per se, sive per Commissarios suos.*

*Puncta Visitationis Ecclesiarum.*

A

*Puncta respicientia Visitationem dictarum Ecclesiarum transmissa ad suos Commissarios anno 1587. per Præpositum tunc Generalem Card. Battoreum.*

*Templi situm* describet, & *structuram S. Tabernaculi*, circa *Olea*, & *Altaria*, *Baptisterium*, *Sacristiam*, & *suppellectilia*, circa hæc omnia munditiem advertet. Consecrationis Ecclesiæ, & Altarium litteras, &c. fundationes, obligationes, indulgentias, consuetudines &c. *Diligentiam Parochi, & Vicariorum in Celebrationibus, & Curam in administratione Sacramentorum*, recitandis horis, concionando, *habitus*, *tonsura*, *mores*, consuetudo domestica, forensis honestas, fama, Charitas *inter Parochum, & Vicarios*, Æconomia Universa, utrum a proprio post secundum Capitulum Generale abstineant, vita exemplaris. Reliqua diligentiæ Fraternitatis Vestræ committimus &c.

*Extractum ex cit. Nakielski fol.* 758.

B

*Sic* anno 1619. *Præpositus Generalis Lubienski generalem Visitationem omnium Ecclesiarum Ordinis in Regno Poloniæ consistentium per se ipsum explevit.*

*Mathias Lubienski* Canonicorum Regularium Ordinis Sepulchri Domini Hierosolymitani Conventus Miechovien. *PRÆPOSITUS GENERALIS*: Laudabili usu, ac diuturna consuetudine in Religione nostra receptum, & observatum fuisse &c. intelleximus, ut singulis trienniis, *visitatione Ecclesiarum Conventui nostro Generali Miechoviensi annexarum præmissa*, Capitula Generalia indicerentur, ad quæ omnes Ordinis nostri Fratres, præsertim vero y, quibus Cura alicujus Ecclesiæ est demandata, conveni-

rent

rent &c. Nos quam primum &c. regimini &c. *hujus Universi Ordinis* ante triennium admoti sumus, statim de indicendo hoc Generali Capitulo serio cogitare cæpimus. Cum tamen ad id rite, & utiliter obeundum plurimum conducere videremus, si prius statum, & conditionem *omnium Ecclesiarum nostræ Jurisdictioni subjectarum* perspecta haberemus, ideo quam primum Nobis per alias occupationes licuit, *Anno superiore Universum fere Regnum* ejus rei causa *obivimus*, *& singulas Ecclesias Ordinis nostri in Persona nostra adiimus*, *& visitavimus*. Quo quidem negotio &c. peracto, & iis, quæ ad præsens necessaria esse videbantur, *in singulis Ecclesiis præscriptis*, *& ordinatis*, communicato prius cum Consiliariis nostris Consilio, Generale Capitulum hoc Anno Miechoviam convocandum &c. esse censuimus, proùt per præsentes literas nostras &c. convocamus, & indicimus &c. *Datt. in Conventu nostro Miechovien. Die 3. Mensis Augusti anno 1620.*

G

Extractum ex Constitutionibus Lubienianis *fol.* 54.

D

*Similisque generalis Visitatio indicta, & peracta fuit anno 1645, authoritate Rmi D. Gembicki Præpositi æquè Generalis Ordinis.*

Interim *hoc anno* 1645. die 24. Februariii Ill. D. Christophorus Ossolinski &c. ad æternam felicitatem commigravit &c.

Ineunte Majo ejusdem anni *Authoritate REVERENDISSIMI D. PRÆPOSITI GENERALIS Ordinis nostri*, qui omne studium, & animi conatum ad Ordinis, cujus curam in se recepit, rationes vel sublevandas, vel repurgandas, *instituta fuit generalis Visitatio Ecclesiarum*, *ac Locorum suæ Jurisdictioni subiectorum*, destinatis ad id muneris perficiendum Personis ejus rei peritis &c.

*Ex cit. Nakielski fol.* 977.

E

*Rursus anno 1671. de mandato Rmi Præpositi Generalis visitatæ fuerunt omnes Ecclesiæ Ordinis per duos generales Visitatores ad dictum effectum constitutos.*

Augustinus Wolski &c. S. Hedvigis in Stradom ad Cracoviam Præpositus Custos Miechovien., Victorinus Radziminski S. Th. D. Præpositus Prævorscen. ab *Rmo Dno Alberto de Pilca Korycinski &c. PRÆPOSITO GENERALI Miechovien.* Visitatores capitulariter electi, dati, & deputati: Admodum RR. DD. Provincialibus, Præpositis &c. salutem &c. Noverint RR. VV., Quia nos pro debito munere in Generali Capitulo Nobis imposito, specialibus Litteris *Reverendissimi Domini Præpositi Generalis nostri* recognito, quantum cum Domino possumus, procedere volentes, litteras innotescentiales dirigen-

gendas esse duximus &c. His igitur insertis Literis prælibati Illustrissimi &c *Præpositi Generalis nostri* hujusmodi *Visitationem nostram generalem* tam ab intra, quam extra, juxta præscriptum, & formam, quæ in hujusmodi actu fieri, & observari solet, Domino Deo suffragante, primis diebus *Januarii anno proxime venturo* 1671. ab Ecclesia Prævorscen. inchoando, & subsequentibus diebus, & Mensibus &c. continuando faciemus &c.. Quæ omnibus, quibus expedit, intimamus &c., injungentes &c., quatenus hisce diebus, & mensibus penes Ecclesias, & loca sua resideant, & *hujusmodi Visitationi nostræ* cum omnibus requisitis, juribus Privilegiis, documentis, munimentis, & aliis Scripturis juxta præscriptum Instituti nostri, & singula, & omnia disposita, & præparata Actui Visitationis habeant &c. Datum in Conventu Miechovien. die 2. Mensis Decembris Anno Domini 1670.

*Augustinus VVolski &c. Præpositus S. Hedvigis Cracovien Custos Conventus Miechovien.*

*Victorinus Radziminscki Præpositus Prævorscensis, & Generalis Ordinis Visitator.*

F

*Recensentur Ecclesiæ Parochiales, & Præpositurales, in quibus fuit facta Visitatio, & in quibus per Visitatores multa fuerunt condita Decreta reformatoria, & peracta scrutinia super vita, & moribus Parochorum, & Vicariorum.*

*Ecclesia in Civitate Lezaysko &c.* dedicata in honorem, & titulum SSmæ Trinitatis.

*Ecclesia Parochialis Gedlarovien. &c.*; ejus Parochus R. Albertus Pitraszovvski de gremio Fratrum &c.

*Ecclesia Parochialis Rudolovicen. &c.* Ecclesia Rudolovicen. murata tituli S. Nicolai &c.

*Ecclesia Parochialis Urzevicen. &c.* hæc tota murata est &c. sub titulo S. Nicolai &c.

*Visitatio Ecclesiarum Provinciæ Masoviæ.* Anno Domini 1671. die 9. Junii *descendimus ad visitandam Ecclesiam Parochialem Scaressovien. &c.* Ecclesia hæc tota lignea est, cujus pro tunc Præpositus R. Adamus Rosztabovvicz &c. *Puncta Reformationis pro Ecclesia Scaressovien.* Primo licet A. R. loci Præpositus &c.

*Ecclesia Parochialis Legovvnicen. &c.* Ecclesia hæc bene tecta &c.

*Ecclesia Parochialis Vissogradien. &c.* Ecclesia hæc lignea &c.

*Ecclesia in Rembovv* adjuncta Vissogradien. habet &c.: *Scrutinium de Vita, & moribus R. Præpositi, & ejus Vicarii &c.*: Ad Interrogatoria vocati testes &c. *Puncta Reformationis pro Ecclesiae-*

*clesia Vissogradien.* . Imprimis R. Præpositus omnia &c.

*Ecclesia Præpositurali Rypinensis &c.* Ecclesia dicta Rypinen. lignea Anno Domini 1559. extructa &c. *Puncta Reformationis pro Ecclesia Rypinen. &c.* Cum jam &c.

*Ecclesia Parochialis Gorznensis &c.* Dicta Ecclesia Parochialis &c. *Reformatio pro Ecclesia Gorznen.* = Horum majorem &c.

*Ecclesia Præpositurali Szempelborgen. &c.* Ecclesia est lignea &c. *Ordinatio* pro Ecclesia Szempelborgen. : Religiosæ vocationis &c.

*Ecclesia Præpositurali Gnesnensis* : Annuente, & Jurisdictionem fundari permittente &c. *Reformatio pro Conventu Gnesnen., & Vicariis ejusdem* : Primo cum lege Divina &c.

*Ecclesia Pysdren.* : Ecclesia Pysdren. tituli S. Spiritus &c. *Reformatio Ecclesiæ Pysdren.* A. R. Præpositus uti ex Testibus fide dignis habet bonum testimonium vitæ, & conversationis &c.

*Ecclesia Præpositurali Grodziscen.* : Fundatio, Origo, & proventus &c. *Reformatio pro Ecclesia Grodziscen.* . Primo Religiosæ vocationis &c.

*Ecclesia Præpositurali VVagczovien.* . Anno Domini 1671. die 10. Julii *descendimus ad visitandam Ecclesiam, & Conventum VVagczovien. &c Reformatio* pro Ecclesia, & Conventu Wagczovien. Pmo A. R. D. Præpositus uti in promovendo cultu Divino diligentem se exhibet &c.

G *Ecclesia Præpositurali Siradien.* = Eodem quo supra Anno die 11. Julii *ad visitandam Ecclesiam Siradien. descendimus &c.* Scrutinium *quo ad vitam, & mores Reverendi Præpositi &c. Reformatio pro Hospitali Siradien.* = Ante omnia R. D. Præpositus &c.

*Ecclesiæ Bythomien., & Charzovien.*, tum & Præpositura : Ecclesia lignea consecrata Tituli S. Spiritus &c. *Reformatio pro Conventu Bythomien.* = Primo quemadmodum A. R. Præpositus in ornanda Sponsa sua &c.

*Ecclesia Præpositurali Zarnovecen.* : Ecclesia Zarnovecen. tituli &c. Quantum attinet *Vitam, & mores R. Præpositi*, requisiti Testes ad imaginem Crucifixi juramento obstricti &c. *Reformatio pro Ecclesia* : Pmo R. Præpositus Curam Sponsæ suæ habeat &c.

*Eccle-*

*Ecclesia Parochialis Vniejovien.* : Tota a fundamentis ex albo lapide &c. *Decretum Reformationis pro Ecclesia Uniejovien.* : *Pmo* R.P. Plebanus curam Sponsæ suæ habeat &c.

*Ecclesia Parochialis Chodovien.* : Hæc tota lignea est sub titulo S. Jonnnis Baptistæ &c. *Puncta Reformationis Ecclesiæ Chodovien.* : *Pmo* Dabit operam &c.

*Ecclesia Parochialis VVrocimovien.* , quam ad præsens administrat R. Raphael Pelczevvicz ex gremio Fratrum &c.

*Ecclesia Parochialis Chelmen.* : Hæc tota lignea est &c. Quantum attinet *vitam* , *&* *mores Reverendi Plebani* , infrascripti testes ad specialia interrogatoria &c. *Reformatio pro Ecclesia Chelmen.* = Et quamvis non mediocrem &c.

His itaque diligenter , & fideliter peractis finem operi imposuimus . In quorum fidem &c. Rotulum confectum manibus nostris subscripsimus .

*Augustinus VVolski &c.* Præpositus S. Hedvigis Custos Conventus Miechovien. , & *Visitator Generalis* .

*M. Victorinus Radziminski* S. Th. D. Præpositus Prævorscensis *Visitator Generalis Ordinis* .

H

*Actus alterius Visitationis peractæ anno 1695. per Commissarios à Rmo Præposito Generali deputatos.*

Visitatio Ecclesiarum Ordini Sacro Canonicorum Regularium S. Sepulchri adnexarum *Anno* 1695.

Augustinus VVolski &c. S. Hedvigis in Stradom Cracoviæ Præpositus &c. , Petrus Borovicz &c. Conventus Miechovien. Custos &c. ab Reverendissimo Domino Michaele &c. Cardinali Radziejovvvski &c. *PRÆPOSITO NOSTRO GENERALI Commissarii Visitatores deputati* : Admodum Reverendis &c. Noverint &c. In quorum fidem præsentes sigillo Conventus communiri fecimus . Datum in Conventu nostro Miechovien. &c. Anno Domini 1695.

Augustinus VVolski Commissarius manu propria .

Petrus Borovius Custos manu propria.

*Ecclesia Lezayscen.* : Hæc Ecclesia in nova Civitate Lezayskio per Felicem Scarissovien. Ordinis nostri Professum Præpositum ibidem ab imo fundamento usque ad summum fastigium ex lateribus constructa &c.

*Ecclesia Giedlarovien. Parochialis* : Ecclesia Gedlarovien. , ex latere cocto erecta a fundamentis

cu-

cura ; & impensis A. R. D. Matthæi Pietraszevvski &c. *Quoad internam autem Visitationem* nullus contra aliquid deposuit , imo laudabile testimonium &c.

*Ecclesia Prævcrscen.* : Antiquitate sua , & vetusto opere firmo multum commendabilis &c.

I
*Similis Visitatio Ecclesiarum Parochialium* an. 1710. *expleta* .

*Acta Visitationis Ecclesiarum Parochialium* ad Conventum Generalem Miechovien. spectantium *sub anno* 1710.

*Ecclesia Parochialis Chodovien.* : Hæc est tota lignea &c.

*Ecclesia Uniejovien. Parochialis* : Tota à fundamentis ex albo lapide &c.

*Ecclesia Zarnovecen.* , seu Capella : Est quidem murata , sed multis in locis fissurata &c.

*Ecclesia Hospitalis Siradien.* : Est tota lignea &c

*Ecclesia Parochialis VVagislovien.* : Post fundatam jurisdictionem &c.

*Ecclesia Parochialis Crodziscen.* : Habet R. Præpositum Stanislaum Stempkovvski &c.

*Ecelesia Hospitalis Pysdren.* : Hæc Ecclesia est tota lignea &c.

Sequitur Visitatio aliarum Ecclesiarum , nempe *S. Joannis Gnesnen.* , Ecclesiæ Parochialis *Szempelborgen.*, Ecclesiæ Hospitalis *Rypinen.* , Ecclesiæ Parochialis *Gordznen.* , Ecclesię Parochialis *Vissegradien.* , Ecclesiæ in *Rembovv* , Ecclesiæ Parochialis *Legomien.* , Ecclesiæ Parochialis *Scarissovien.* , & Ecclesię *VVrocimovien.*

K
*Itidem* anno 1711. *plures* Ecclesiæ *Ordinis fuerunt visitatæ tum per ipsum Rmum Præpositum Generalem, tum per ejus Commissarios , iisdemque in Visitationibus plura fuerunt condita Decreta Reformationis dd. Ecclesiarum* .

Liber *Visitationis Ecclesiarum* in diversis Provinciis Ordinis Canonicorum Regularium S. Sepulchri Hierosolymitani existentium ad Conventum Generalem Miechovien. spectantium. *Anno Domini* 1711. connotatur , sub felicissimis auspiciis &c. Rmi Theodori Wolff &c. *Præpositi Generalis Miechovien.*

*Ecclesiæ Minoris Poloniæ* in Diœcesi Cracoviensi .

*Ecclesia* Wrocimovien. ; hanc *ipse nominatus REVERENDISSIMUS GENERALIS in persona sua visitavit &c.* ; ex cujus Visitatione *Decretum reformatorium* in hanc formam reliquit = Multa notavimus præclara merita &c. Datum in Wrocimovvice *Anno* 1711. *die* 6. *mensis Martii* .

*Theodorus Wolff Episcopus Chelmen. PRÆPOSITUS GENERALIS Miechovien.*

*Ed-*

*Ecclesia Urocirien.*, quam *ipse Rmus Dominus Generalis visitavit &c.*

*Ecclesia Uniejovien.* : Eamdem *ipse Rmus visitavit*, & moderno A. R. Parocho ejusdem Ecclesiæ Rectori hæc demandavit &c. Hæc omnia in virtute S. Obedientiæ, & sub Censuris Ecclesiasticis exequenda mandamus. Dat. Uniejoviæ *Anno* 1711. *die* 22. *Maji*.

*Theodorus Wolff PRÆPOSITUS GENERALIS Miechovien.*

*Ecclesia Parochialis Chodovien.*, itidem *ab Illmo, & Rmo Generali visitata* : Decretum *Reformationis* ejusmodi habet.

A. R. Patri Narcisso Leyster &c.

*Ecclesia Hospitalis Zarnovecen.* etiam *A REVERENDISSIMO GENERALI visitata*, Rectori ejusdem Ecclesiæ R. P. Josepho Niezrezki *Decretum Reformatorium* in hanc formam relictũ = Primo ex anteriori Decreto &c.

*Ecclesia Parochialis Chelmen. EX MANDATO REVERENDISSIMI GENERALIS visitata* per RR. PP. Franciscum Chodovvicz Præpositum Prævorscen., & Anastasium Slominski Curatum Wrocirien. Consiliarios Conventus Miechovien. *die* 9. *Maji Anno* 1711. in hunc qui sequitur modum = Actum in Curia Plebanali Chelmen. &c.

*Sequuntur aliarum Visitationes Ecclesiarum.*

L *Actus aliarum Visitationum fact. annis* 1713., *&* 1714

*Visitatio Ecclesiarum* Ordini Sacro Canonicorum Regularium S. Sepulchri Hierosolymitani adnexarum *Anno Domini* 1713.

*Stanislaus Stempkovvski* Bythomien., & Charzovien. PræpositusCanonicorum Regularium S. Sepulchi Conventus Miechovien. Custos, *Franciscus Chodovvicz* Præpositus Prævorscen. per Russiam Provincialis *electi Visitatores Generales* *à Rmo Domino Christophoro Szembek &c.* Canonicorum Regularium S. Sepulchri Hierosolymitani Conventus ejusdem PRÆPOSITO GENERALI confirmati = AA. Reverendis &c. Noveritis &c. Dabantur in Conventu nostro Generali Miechovien. die 5. mensis Maji Anno Domini 1713.

Stanislaus Stempkovvski &c. FranciscusChodovvicz &c.

M

*Visitatio Minoris Poloniæ* Anno Domini 1714. die 11. Junii inchoata.

*Ec-*

*Ecclesia Wrocimovien.* habet Rectorem &c. *Decretum reformatorium &c.* : Vita exemplaris, cura, & zelus in promovendo Cultu Divino &c.

*Ecclesia Chod ovien.* : Ecclesia tituli S. Joannis Baptistæ &c. *Decretum reformatorium &c.* ; Habet suam recommendationem &c.

*Ecclesia Vrocirien.* : Ecclesia tituli S. Martini Episcopi consecrata &c. *Decretum reformatorium &c.* Ecclesia Urocirien. Ædificio in majori &c.

*Ecclesia Zarnovecen.* : Habet Rectorem &c. *Decretum reformatorium* : Placuit Nobis &c.

*Ecclesia Chelmen.* : Invocato Dei auxilio &c.

N

*Alia generalis Visitatio Ecclesiarũ existentium in Provincia majoris, & minoris Poloniæ, peracta* anno 1738. *ex authoritate Rmi D. Stempkovvski tunc Præpositi Generalis Ordinis.*

*Visitatio Generalis in Provincia Majoris, & Minoris Poloniæ* existentium Ecclesiarum Ordini Canonicorum Regularium Custodum SS. Sepulchri annexarum facta à R. D. Jacobo Radlinski Præposito Lezayscen. Conventus Generalis Miechovien. Custode Generali, sub regimine *Reverendissimi Domini Stanislai Stempkovvski ejusdem Ordinis PRÆPOSITI GENERALIS Anno Domini* 1738.

Præmissa solita Intimatione &c.

*Ecclesia Hospitalis Siradien.* = Hæc Ecclesia &c. *Decretum reformatorium* = Munda Sponsa &c.

*Ecclesia Parochialis Wagezovien. &c.* Decretum reformatorium = Non satis est inchoare &c.

*Ecclesia Parochialis in Grodzisko &c. Decretum reformatorium* = Gratulamur Nobis &c.

*Ecclesia Hospitalis Pisdren. &c.* Decretum &c. Venientibus ad Ecclesiam Pisdren. nihil occurrit &c.

*Ecclesia Conventus Gnesnen.* Hæc Ecclesia est murata &c. *Decretum reformatorium* = Quamvis penes Ecclesiam Gnesnen. multa invenerimus &c.

*Ecclesia Parochialis Szempelborgen.* . In Oppido Szempelborg extat Ecclesia &c. *Decretum &c.* = Campanile noviter extructum &c.

*Ecclesia Hospitalis Zarnovecen.* . In Oppido Regali Zarnovviec &c. *Decretum reformatorium* = Ecclesiam Zarnovecen. invenimus &c.

*Ecclesia Parochialis Uniejovien. &c. Decretum* = Silentio prætermitti non potest &c.

*Ecclesia Parochialis in Chodovv &c.* Decretum &c. Magnam consolationem &c.

Ec-

*Ecclesia Parochialis Wrocimovien. &c. Decretum reformatorium* = Quoniam Sacra Scriptura recommendat &c.
*Visitatio Ecclesiæ Charzovien.*, & *Bythomien.* = Sicut lignum secus decursus Aquarum &c.

O

*Visitatio Generalis Ecclesiarum* Ordinis Canonicorum Regularium Custodum S. Sepulchri Hierosolymitani *in Provincia Masoviæ* existentium sub auspiciis regiminis *Rmi Domini Stanislai Stempkovvski &c.* peracta per R. Hiacynthum Tulczynski Præpositum Scarissovien. ejusdem Ordinis *Anno Domini* 1739. *mense Junio*.

*Sequitur alia Visitatio Ecclesiarum existentium in Provincia Masoviæ expleta anno* 1739. *de mandato ejusdem Rmi Generalis.*

Literæ Innotescentiales &c.
*Ecclesia Gorznen.* sub titulo S. Crucis &c. *Decretum reformatorium* = Pro Ecclesia Gorznen. satis laudabiliter &c.
*Ecclesia Hospitalis Ripinen. &c.* Decretum &c. = Quoniam nullum zelum habet &c.
*Ecclesia Parochialis Vissegradien.* sub titulo S. Jacobi Majoris &c.
*Visitatio Ecclesiæ Scaressovien.* = Ecclesia hæc totaliter est murata &c. *Decretum Reformationis* = Ecclesia Zarnovecensis evidens præbet testimonium &c.

P

Actus *Visitationis Generalis Ecclesiarum* Majoris Poloniæ, & Masoviæ Provinciarum sub nomine *Rmi Domini Jacobi Radlinski* Ordinis Canonicorum Regularium S. Sepulchri PRÆPOSITI GENERALIS Infulati, per infrascriptos *Visitatores Commissarios* expeditus *Anno Domini* 1745.

*Alia item Visitatio expedita* anno 1745 *per Visitatores constitutos ab Rmo Radlinski Præposito Generali.*

*Ecclesia Parochialis in Wagczovv* = Murata de toto est = *Decretum Reformationis &c.* In Visitatione prima hujus Ecclesiæ &c.
*Ecclesia Hospitalis in Siradz* = Sit in æternum Deus benedictus &c. *Decretum &c.* Sicut dolorem Nobis intulit conflagratio &c.
*Ecclesia Parochialis in Grodzik* = Est tota lignea &c.

Sequitur Visitatio aliarum Ecclesiarum, nempè S. Joannis Baptistæ *Gnesnen.*, Ecclesiæ Parochialis *Sempelborgen.*, Ecclesiæ Parochialis *Gorznen.*, Ecclesiæ *Rypinen.*, Ecclesiæ *Vissogrodien.*, Ecclesiæ Parochialis *Skareszovien. &c.*

*Visi-*

Q

*Actus alterius Visitationis Ecclesiarũ Parochialium in Hungaria existentium, fact. eodem anno 1745.*

*Visitatio Ecclesiarum Parochialium in Hungaria* consistentium ad Conventum Generalem Miechovien. Ordinis S. Sepulchri spectantium sub regimine *Reverendissimi D. Jacobi Radlinski PRÆPOSITI GENERALIS* Infulati peracta *Anno Domini* 1745. *diebus Julii*.

*Ecclesia Hanusfalvensis* = Status modernus Ecclesiæ hujus &c. = *Decretum Reformationis* = Non potest non laudari &c.

*Ecclesia Alsolapsensis &c.* : *Decretum Reformationis* = Cura, & sollicitudo &c.

*Ecclesia Landecen.* = Status modernus Ecclesiæ hujus &c.

R

*Alia Visitatio Ecclesiarum in Russia consistentium, peracta anno* 1749. *ex delegatione ejusdem Ri Præpositi Generalis.*

Visitatio Ecclesiarum *in Russia* peracta a P.A.R.D. Venceslao Muratovvicz Ordinis Canonicorum Regularium Custodum S. Sepulchri Provinciali Russiæ, Præposito Conventus Prævorscensis, *ex delegatione Reverendissimi Jacobi Radlinski ejusdem Ordinis PRÆPOSITI GENERALIS* Anno 1749.

Status *Ecclesiæ Præposituralis, & Conventualis Parochialis Lezayscensis* Ordinis Canonicorum Regularium Custodum SS. Sepulchri sub tempus Visitationis Generalis *die* 11. *Septembris Anno Domini* 1749. conscriptus = Ecclesia hæc inter alias Ecclesias &c. *Decretum Reformationis* : Evidenti satis experimento &c.

*Status præsens Ecclesiæ Gedlarovien. &c.* Hæc Ecclesia olim lignea &c. *Decretum Reformationis* : Quæ nam sint qualitates &c.

*Status modernus Ecclesiæ Ursejovicen. &c.* In prædicta Villa Ursejovice est Ecclesia &c. *Decretum Reformationis* : Vigiles agit Custodias super gregem suum &c.

*Ecclesia Parochialis Rudolovicen. &c.* In hac Ecclesia Rudolovicen. &c. Decretum &c. In horto monumenti Christi plantatus Narcissus &c.

*Ecclesia Tuliglovien.* = Lignea &c. *Decretum Reformationis* = Profert in vertice illum versum octavum Psalmi &c.

S

*Sequitur alia Visitatio expleta* anno 1752. *per Visitatorem deputatum à suprad. Rmo D. Radlinski Præposito Generali.*

*Visitatio Generalis Ecclesiarum per Majorem Poloniam* Ordinis Canonicorum SS. Sepulchri per Florianum Buydecki Custodem Miechoviensem; *a Reverendissimo Domino Jacobo Radlinski GENERALI PRÆPOSITO Visitatorem Generalem deputatum* peracta *Anno Domini* 1752.

*Sta-*

*Status Ecclesiæ Parochialis Szempelborgen.* Ordinis Canonicorum S. Sepulchri &c. Hæc Parochialis Ecclesia in Oppido Szempelborg &c. *Decretum Reformationis* : Consummatus in brevi &c.

*Status Ecclesiæ Hospitalis S. Spiritus Pisdren.* : Ecclesia hæc Hospitalis extra Mænia Civitatis &c. *Decretum Reformationis* = Vere dilexit decorem Domus Dei &c.

*Status Ecclesiæ Parochialis Grodzisien.* = Hæc Ecclesia Parochialis &c. *Decretum Reformationis* : Multa tulit fecitque pro sua Ecclesia &c.

*Status Ecclesiæ Parochialis, & Conventualis Vvagczovien.* = Hæc Parochialis, & Conventualis Ecclesia &c. *Decretum Reformationis* : Vidimus Jerusalem nostram &c.

*Status Ecclesiæ Hospitalis S. Spiritus Siradien.* : Hæc Ecclesia post conflagrationem &c. *Decretum Reformationis* : Cum finem coronet opus &c.

T

*Alia Visitatio Ecclesiarum in Regno Hungariæ fact.* anno 1755.

*Visitatio Ecclesiarum* Ordinis Canonicorum Regularium S. Sepulchri Domini *Anno* 1755. diebus Junii *in Regno Hungariæ* per A. R. D. Jacobum Barankievvicz in Conventu Cracoviensi ad S. Hedvigem Professorem peracta.

*Ecclesia Parochialis Alsolapsen.* Ordinis Canonicorum Regularium S. Sepulchri &c. Status Ecclesiæ &c. *Decretum Reformationis* : Ex mandato Rmi D. Jacobi Radlinski &c.

*Ecclesia Parochialis Hanusfalven. &c. Decretum Reformatorium* = Digna laude, & ulteriori recommendatione &c.

*Ecclesia Parochialis Lendakien. &c.* Ecclesia hæc Primatum habet inter alias Ecclesias &c. *Decretum &c.* Licet multa, eaque laude digna &c.

*Ecclesia Parochialis Zdziaren.* Ordinis Canonicorum Regularium S. Sepulchri = Status Ecclesiæ = Ecclesia hæc ædificata est &c. *Decretum Reformationis* : Sanctitas A. R. P. Tyburtii Krokovvski &c.

V

*Alia generalis Visitatio Ecclesiarum expleta per hodiernum Rmum D. Præpositum Generalem, & Decretum Reformationis ab eodem*

Extractum *ex Decreto Reformationis* pro Conventu *S. Hedvigis in Visitatione Generali* lato *per Illustrissimum, & Reverendissimum D. Matthæum Buydecki* S. Th. D. &c. Ordinis Canonicorum Regularium SS. Christi Sepulchri *PRÆPOSITUM GENERALEM* Infulatum Miechovien.

In eadem Ecclesia cum sit pristina Ordinatio, ut die-

*lat. occasione Visitationis Conventus S. Heduigis.*

diebus Dominicis, & festis celebrentur Missæ Cantatæ post horam nonam, ideo eas celebrare tenebuntur in diebus Solemnioribus A. R. Professores, cæterique Officiales, jam vero in aliis festis Ordinariis, & Dominicis Rev. Studentes Presbyteri = Quod vero attinet horas Canonicas statuimus, ut Matatinum tempore tam æstivali, quam hyemali recitetur hora septima &c.

Sequitur legalitas &c.

X

*Et alia demùm Visitatio peracta ab eodem Rmo Præposito Generali* anno 1773

*Visitatio Ecclesiarum* Ordinis Canonicorum Regularium S. Sepulchri Domini, *Anno Domini* 1773 diebus Maji in Diœcesi Plocensi *per Illmum, & Rmum Matthæum Buydecki PRÆPOSITUM GENERLEM peracta.*

*Ecclesia Parochialis Suminen. &c.* Decretum Reformationis = Visitantes vigore Officii Nostri Ecclesias &c.

*Ecclesia Gorznensis &c.* Decretum &c. vigore Officii Nostri visitamus &c.

*Ecclesia Hospitalis Rypinen. &c.* Decretum &c. Erectio, dotatio &c.

Datum anno, & mense, ut supra. In quorum fidem &c.

*Matthæus Buydecki Ordinis Canonicorum Regularium S. Sepulchri Præpositus Generalis manu propria.*

Thomas Guzovvski &c. præsentis Visitationis Secretarius.

Collectum fideliter, & Extractum ex Actis Canonicorum Regularium Sacri Sepulchri, Sigilloque munitum per me Ignatium Ryszkovvski in Ecclesia Miechoviensi Concionatorem Ordinarium, Actorum Capituli Miechovien. Notarium Juratum Anno Domini 1777. Die 10. Januarii.

Loco ✠ Sigilli.

Num. 18.

*Probatur, authoritate ipsiusGeneralis privatum fuisse Præpositum S. Heduigis ob malam administrationem Præpositurae, & relegatum in Conventum Miechovien.*

*Ex cit. Nakielski pag.* 673.

Porrò hoc *anno* 1562. sub finem Junii Bartholomæus à Thurre *Præpositus S. Heduigis* ob malè administratam Præposituram, cujus bona ex parte desolata reddidit, *Authoritate, atque Jussu SUI GENERALIS eadem privatus*, in Conventumque Miechoviensem *pro arctiori disciplina* relegatus fuit. In cujus locum *subrogatus est Joannes* ejus nominis quintus, decimus verò sextus in ordine Præpositus S. Hedvigis.

*Epi-*

*Epistola Reverendissimi Domini Domini Nicolai Dziezgovvski Archiepiscopi Gnesnensis &c.* ad Dominum Georgeum Ticzinensem &c. Romam missa.

Venerabilis Domine &c. Quod nullam occasionem de his rebus, quæ illic geruntur, ad nos scribendi Fraternitas Vestra prætermittit, gratissimum id nobis est &c.

Cæterum negotium Stanislai Lovicensis, quod illi facessit Martinus a Wrzesnia *Præpositus quondam Sancti Joannis* extra Muros Gnesnen. occasione ejusdem Præposituræ, diligenter commendamus, ab illaque postulamus, ut illud isthic promovere non recuset; quandoquidem *Adversarius ejus propter sua facinora A' PRÆPOSITO MIECHOVIENSI SUPERIORE SUO hac Præpositura fuit privatus, in cujus locum Stanislaus à Lovvicz &c. ex unanimi consensu Præpositi, & Fratrum Ordinis Miechoviensis suffectus est*. Velit igitur Fraternitas Vestra Causæ illius ut justæ &c. patrocinari &c. Datum in Arce Nostra Vniejoviensi 18. *Martii Anno Domini* 1555. *Nicolaus Dziezgovvski Dei gratia Archiepiscopus Gnesnen. &c.*

Sequitur Legalitas &c.

*Anno* 1659. *Die* 10. *Septembris*.

Feria quarta celebratum est Ordinarium Capitulum, cui adfuerunt Jacobus Slinski Lendacensis, Joannes Dejacki Szempelborgen., Petrus Borkovvicz Grodziscen *Præpositi*, in quo tractabantur aliquot puncta = Primo *Pater Slivvski revocatus* ad instantiam Joannis Palfalnay &c. Vicarii in Spiritualibus Archiepiscopi Strigonien *ex Beneficio*, pro die hodierna cum Litteris Vicarii prædicti Domini Episcopi comparuit, quibus Litteris denuò *Illustrissimo Domino GENERALI* commendabatur, cum quibus *remissus ab Illustrissimo Generali ad Capitulum*, & manere in Conventu tamdiu jussus est, donec a Commissariis, qui ibi destinati *ad inquirendum super vitam, & mores ejus erant, aliquid innotesceret*.

*Die* 27. *Octobris*.

Puncta aliquot proposita fuerunt in Capitulo. *Primum* ex parte Hanusfalvensis Beneficii, quo privatus Pater Laurentius Biszovvski, judicatus fuit in Capitulo hoc, ut *sit suspensus ad* de-

A
*Ejusdem Generalis propria authoritate privatus fuit Præpositura alter Præpositus S. Joannis Gnesnen., & subrogatus alter in illius locum.*

B
*Ex sequentibus actibus Inquisitionum, privationum suspensionum, approbationum &c. confirmatur jurisdictio, & auctoritas Rmi Generalis.*

C
*Privatio Præpositi Ecclesia Parochiali Hanusfalvensi anno* 1659.

*decisionem Illustrissimi PRÆPOSITI GENERALIS.*

*Die 7. Novembris.*

Capitulum celebratum *ab ipso Illustrissimo Domino Generali*, in quo personaliter præsidebat: Primo Pater Biszovvski *per Decretum Capituli, & approbationem Illustrissimi privatus Hanusfalvensi Plebanatu.*

*Inquisitio facta in Vicarium Præposituræ Gnesnen., illiusque remotio, & revocatio ad Conventum Miechovien., anno 1660.*

*Anno* 1660. *Die 7. Junii. Primo Illustrissimus Dominus Generalis* præsidebat in Electione Plebani Uniejovien &c. *Secundo*. In eodem Capitulo *judicatus fuit Pater Hyacinthus Radavvski* ad instantiam A. R. Stanislai Dzianotty Præpositi Sancti Joannis protunc in Capitulo præsentis, apud quem in Vicariatu fuit, *& revocatus Litteris Illustrissimi* per Reverendum Custodem pedestera Gnesn *ad Conventum* venit; in eodem itaque Capitulo tale Decretum contra eum latum est &c.

D

*Remotio Præpositi Ripinen. ob malè administratam Præposituram, anno* 1661.

*Anno* 1661. *Die 12. Augusti* celebratum est Capitulum plenum *per Illustrissimum Dominum Generalem &c.* In eodem Capitulo *judicatus fuit Pater Lucas Drzevvick ob male administratam Præposituram Ripinensem Hospitalem &c.*

Die 24. Novembris Post discessum P. Simeonis Kurabovvicz in Vicariatum Skarzeszovien, qui in Conventu munus licet negligentissime obibat Directoris Juniorum, electus est in Magistrum Novitiorum, & Directorem Juniorum Reverendus Joannes Pozarzevvski, nuper Vicecustos Conventus *ab Illustrissimo Generali* creatus fuit.

E

*Decretum Capitulare Amotionis R. Radavscki à Vicariatu Ecclesiæ Parochialis Chelmen.*, anno 1664.

*Die* 29. *Novembris* 1664. Actum in Capitulo Domestico Miechovien. &c. Ex delatione R. P. Silvestri Urbanovvicz, ad instantiam A. R. Decani Lipnicensis per authenticas Litteras à tota Congregatione prænominati Decanatus Lipnicen *ad Parochiam Chelmen nostri Ordinis* datas, quæ quidem Congregatio Decanatus Lipnicen. *accusavit, & amoveri petiit à Vicariatu Chelmensi P. Hyacinthum Radavvski per Superiores Ordinis*: Et Venerabile Capitulum visis, lectis, & trutinatis omnibus litteris accusatoriis contra eum datis &c. *puniendum per Superiores Conventus Miechovien censuit &c.*

F

*Commenda, seu Administratio Eccle-*

*Anno* 1665. *Die 7. Januarii.* Celebratum est plenum Capitulum &c. In quo Primo *Pater Samuel*

*muel Bukovvski ratione desolationis Ecclesiæ Chelmen citatus* cum comparere negligeret &c., tamen adhuc ei monitorium extradendum esse duxit, Commenda autem, *seù Administratio illius Præpositurae, & Ecclesiæ data Patri Joanni Laczynski* Vicario illius Loci &c.

*Die* 23. *Martii*. In Capitulo pleno facta est Electio pro Præpositura Grodziscen &c. Sub eodem Actu proposita est supplicatio *R. Samuelis Bukovvski olim Plebani Chelmen eodem Beneficio privati*, ut cum eo *in suspensione saltem à Divinis relaxaretur &c.*, decisum, *debere eum expectare ad inquisitionem*, quæ est in loco loci Plebanatus.

*sia Gnesnen. data alteri in locum illius Præpositi postmodum privati dicta Ecclesia Parochiali* anno 1665.

G

*Electio, seu deputatio Provincialis Russiæ in locum demortui facta a Rmo Generali cum facultate inquirendi præsidendi, & visitandi &c.*

*Albertus de Pilca Korycinski &c. GENERALIS PRÆPOSITUS* = Significamus &c. Religiosis Præpositis, Parochis, eorumque Vicariis in Conventibus, qui intra terminos *Provinciæ Russiæ* existunt, Ordinis Canonicorum Regularium Sanctissimi Sepulchri &c. Quia post decessum V. olim Thomæ Koczorkovvicz Præpositi Lezayscen *Provincialis Russiæ* hucusque *Officium Provincialatus vacet*, Nos, ad quos hoc in casu spectat alium in locum demortui vigore Constitutionum Lubienianarum Capituli Generalis Anno 1621. celebrati, surrogare, a futuro Capitulo, si idoneus fuerit, approbandum, *Te V. Victorinum Radziminski* Præpositum Prævorscensem &c. *in Provincialem Russiæ* in locum demortui *surrogamus*, a futuro Capitulo, uti Constitutiones sonant, approbandum; *Dantes tibi facultatem, Præpositos, Plebanos, Vicarios, & omnes in dicta Provincia Russiæ existentes* cum suis locis *Fratres Professos*, quum necesse fuerit, *vocandos, monendos, citandos*, ad nos, vel Custodem nostrum Generalem Miechoviæ mittendi, *eorum controversias*, quærelasque leves, aut quæ ad nos rejici non possunt commode, *audiendi*, definiendi, decidendi, *Congregationem Provinciæ semel in Anno cogendi, præsidendi, Ecclesias visitandi, Fratrum mores, vitam, diligentiam inquirendi &c.* In quorum fidem &c. Datum in Conventu nostro Generali Miechoviensi *Anno* 1683. *Die* 17. *Augusti &c.*

*Albertus* Korycinski *&c. Præpositus Generalis Miechoviensis &c.*

H
*Acceptatio resignationis Ecclesiæ Legovvnicen.*, anno 1686.

*Anno* 1686. 27. *Novembris* ex indictione *Reverendissimi Domini Joannis Stanislai Zlanski &c.* PRÆPOSITI GENERALIS *Miechovien.*, congregatum est Capitulum &c. R. P. D. Jacobus Slivvski Præpositus Legounicen in firmitates suas, atque defessam Senectam V. Capitulo exposuit, ob easdem *Præposituram Legounicen.*, cui hucusque præfuerat, in manus Venerabilis Capituli *libere resignavit*, *quam resignationem* uti justis de cautis factam Reverendissimus Commissarius NOMINE ILLUSTRISSIMI *acceptavit &c.* Reverendissimus Commissarius *ex mente Illustrissimi Generalis* declaravit A. R. Custodem, aliosque omnes Officiales in Capitulo Generali electos *circa sua Officia* ad futurum Generale Capitulum *Authoritate Illmi conservari &c.*

I
*Approbatio Officialium, & deputatio Confessariorum Concionatoris, Sacristani*, anno 1688.

*Anno* 1688. *Die* 16. *Januarii &c.* In eodem Capitulo Reverendissimus Dominus Commissarius *Authoritate Illmi* DOMINI GENERALIS approbavit electos Officiales minores, nempe R. P. Raphaelem Grzybovvski in Officio Dispensatoris, & R. P. Franciscum Chodovvicz in Officio Vestiarii &c. In eodem Capitulo *Confessary* ad excipiendas RR. Patrum Confessiones R. P. Bartholomæus, & R. P. Albertus Matczinski *sunt destinati*. Jam autem propter Fratres Juniores R. P. Carolus Lector & R. P. Raphael &c. Item *Concionator Ordinarius electus* R. P. Albertus Matezynski &c. *Officium Sacristanicum* omni diligentia R. P. Laurentio Lochman commissum &c.

K
*Amotio Canonici a Beneficio Sæculari & revocatio ad Conventum* anno 1689.

*Anno* 1689. *Die* 30. *Aprilis* Perillustris Dominus Commissarius, & Illustris Dominus Custos sub actu hæsterni Capituli convocaverunt A. RR. Patres &c. Actum est *de R. P. Stanislao Ponetovvski in quodam Beneficio Sæculari* Byczkiovva nuncupato existente, qui uti ex aliquot Visitationibus patuit, non ea, qua decet diligentia, Curam illius Ecclesiæ habet &c., *ideò ad Conventum revocandum esse censuit &c.*

L
Deputatio *Commendarii Ecclesiis Charzovien.*, *& Bytkomien.*, an 1690.

*Anno* 1690. *die* 22. *Septembris &c.* In præsenti Capitulo R. D. Custos hæc puncta proposuit &c. Primo de A. R. P. D. Alberto Kovvalski, qui inscio Conventu, discesserat Romam visitandi limina SS. Petri, & Pauli; & legitimum non substituit Commendarium in suo loco, unde V. Capitulum prospiciendo indemnitati *Ecclesiarum*

*rum Charzouien.* Parochialis, & *Bythomien.* Hospitalis *pro Commendario designavit Patrem Stephanum Spiechovvicz &c.*

*Anno* 1692. *die* 1. *Octobris* ex speciali Commissione Venerabilis Generalis Capituli *Auctoritate* Eminentissimi, ac Reverendissimi &c. Cardinalis Radziejouski &c. Canonicorum Regularium Sancti Sepulchri *Præpositi Generalis* in Conventu Miechovien. celebrati. Nos infrascripti deputati personaliter *descendimus ad locum Præpositura, & Conventus S. Joannis* extra Muros Gnesnen. Ordinis Nostri &c. Primo examinavimus *mores, vitam, & conversationem PP. Vicariorum* Loci, trutinavimus quærelas A. R. Præpositi &c.

M
*Commissio specialis & facta inquisitio morum, & vitæ Vicariorum Ecclesiæ Gnesneu anno* 1692.

Franciscus Chodovvicz Deputatus Commissarius &c.

Joannes Jarosavvski Præpositus Grodziscen. Commissarius.

*Anno* 1709. *die* 25. *Januarii*; dato signo Campanæ &c. R. P. Joachimus Barankievvicz *Beneficio privatur &c.*

N
*Privatio Præpositi Ecclesia Parochiali & correptiones Canonicorum* an 1709

Die 6. Novembris &c. eadem die factum est Definitorium &c., in quo P. Svvietoslaus *correptus est &c.*

Die 15. Novembris &c. A. R. D. Custos convocavit Capitulum &c., in quo PP. Andreas Danaffel, & Alexander Zaleskii correpti sunt &c.

Anno 1727. Die 4. Mensis Octobris &c. Actum in Definitorio horis pomeridianis &c., in quo correpti sunt unus Pater, & duo Fratres &c.

Anno 1737. Die 17. Junii *Reverendissimus Dominus Stanislaus Stempkovvski Præpositus Generalis* celebravit Capitulum &c., in quo R. Eustachius Charapinski Officium Directoris, & Magistri Novitiorum *resignavit*, in cujus locum A. R. Narcisum Glovvecki *elegit, & assignavit &c.*

O
*Admissiones Resignationum, & electiones.*

Anno 1739. Die 26. Octobris *Reverendissimus Dominus Generalis* convocavit Capitulum, in quo denuntiavit &c., & in eodem *resignavit* Beneficium Lendacense R. P. Josaphat Jurecki propter varias rationes &c.

Anno Domini 1743. Die 1. Julii convocatum est Capitulum &c., in quo R. P. Vice-Custos sicut ante, ita & in præsenti Capitulo *resignavit* Of-

ficium Directoratus ; Reverendissimus Custos videns aptam Religiosam Personam, in locum ejus constituit pro Directoratu R.P. Adalbertum Solecki &c.

P
*Declaratio Censurarum contra Canonicum non comparentem; ac remotio Vicarii.*

Die 26. Novembris convocatum a Reverendissimo Prælato Capitulum &c., in quo per Fiscalem accusata contumacia R.P. unius non comparentis pro Capitulo præsenti ad videndum, & audiendum, utrum sit legitime innodatus censuris, quoniam non comparuit, petiit idem Fiscalis, *Censuras prædictas jam ante fulminatas aggravari*, prout & *de facto aggravatæ sunt &c.*

Eadem die celebratum est Definitorium &c., in quo R.P. Casimirus Pietka habitis litteris revocatoriis *ex Vicariatu Szempelborgensi*, nuper venit ad audienda contra se proponenda &c.

Q
*Deputationes Visitatorum pro visitandis Ecclesiis Ordinis anno 1744.*

Die 6. Octobris 1744. convocavit Reverendissimus Capitulum &c., in quo assignavit *Visitatorem* primum Prælatum Per-Illustrem Custodem &c.

Die 23. Novembris convocavit Reverendissimus Dominus Capitulum &c., in quo assignavit *Visitatores pro visitandis* in ordine ad Capitulum Generale *Ecclesiis in Magna Polonia, & Masovia* existentibus &c. P.A.R. Venceslaum Muratovvicz S.T.D. Præpositum Prgvorscen, & P. Valentinum Vvscislovvski Præpositum Cracovien. &c.

R
*Visitatio peracta à Generali anno 1752.*

Anno 1752. Die 16. Junii. *Reverendissimus Dominus Præpositus Generalis*, congregato ad pulsum Campanæ Capitulo, denuntiavit *se abscessurum ad visitandam Provinciam Russiæ &c.*, & in sui locum Præsidem assignavit Illustrem Cajetanum Skovvronski &c.

S
*Deputationes Concionatorum, Thesaurarii, & Lectorum.*

*Anno 1757. &c. Die 8. Junii Reverendissimus Dominus Generalis* convocavit Capitulum, in quo A. R. Erasmum Czarny *in Concionatorem*, ac Casuum Conscientiæ resolutorem designavit &c.

Anno 1759. feria 6. post Dominicam Quadragesimæ convocavit ad pulsum Campanæ *Reverendissimus Præpositus Generalis* Capitulum &c., in quo promulgavit ad Officium *Thesaurarii* A.R. Ludovicum Bojarski &c.

Anno Domini 1760. feria quarta post festum Exaltationis S. Crucis convocavit *Reverendissimus*

*Præ-*

*Præpositus Generalis* Capitulum &c., in quo designavit Professores ad tradendam Theologiam in Conventu S. Hedvigis A. R. Venceslaum Mirckievvicz, & Cantium Laskievvicz ad tradendam Philosophiam &c.

Actum die 22. Mensis Octobris 1762. Anno. *Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus* convocavit Capitulum &c., in quo propositum fuit, quia Reverendissimus Dominus Archipresbyter Infulatus Cracovien., ac etiam PræNobilis Magistratus &c. per Litteras suas missiles ex Ordine nostro desideraverint habere Concionatorem in Circulo Cracovien Beatissimæ V. Mariæ, & ad hoc Officium assignari petierunt A.R.D. Cantium Laskievvicz in Conventu S. Heduigis Cracoviæ actualem S. Th. Professorem, quorum desideriis uti justis, & Ordini Nostro honorificis &c. cum omni benevolentia annuit &c., eumdemque A.R. Laskievvicz *pro Concionatore Ordinario* in Circulo Cracoviensi B.V. Mariæ *designavit &c.*

Collectum fideliter, & extractum ex Actis Canonicorum Regularium Sacri Sepulchri, & Sigillo munitum, per me Ignatium Ryszhovvski &c. Actorum Capituli Miechovien. Notarium juratum &c.

Loco ✠ Sigilli.

T

*Aliæ multæ inquisitiones, privationes, amotiones &c. factæ authoritate R mi Præpositi Generalis in Præpositos, & Canonicos Ordinis.*

*Anno* 1741. *Die 25. Januarii* Commissio ad Beneficium Vvagczoviense expedita *à Reverendissimo Domino Stanislao Stempkovvski PRÆPOSITO GENERALI* inter Illustrem Ladislaum Russocki Præpositum Vvagczovien., & R. Cyprianum Uchmanovicz Vicarium Ecclesiæ Vvagczovien. Commissarii fuere Illustris Theophilus Laniski, & R. Raymundus Vabreccius.

1743. 18. *Novembris Reverendissimus Dominus Jacobus Radlinski PRÆPOSITUS GENERALIS* descendit ad Residentiam Plebànalem Urzejovicen., ibidem A. R. Michaeli JanusKovvicz Plebano pro faciendis recollectionibus ad Conventum Prevorscen descendere præcepit. Jam vero R.P. Andream Skalskì *ab Officio Vicarii Ecclesiæ Urzejovicen. amovit*, & ad Conventum Miechovien. remittendum disposuit.

1744. 19. *Junii a Reverendissimo Domino Jacobo Radlinski PRÆPOSITO GENERALI deputa-*

*ti Cammissarii* Illustris Stephanus LansKi Præpositus Zarnovecen. , & Raymundus Vabreccius Præpositus Siradien. contra A.R. Cyriacum Kanski Plebanum Grodziscen.

1745. 8. *Januarii a Reverendissimo Jacobo Radlinski* mediante Decreto Definitorii R.P. SKalsKi *privatur usu Canonicatus sui*, idest *Rochetto*, *Mozetta*, *activa*, *& passiva voce*.

1746. 23. *Julii* P. Ambrosius Pozyczany Vicarius Vvrocirien. *A REVERENDISSIMO GENERALI* capitulariter *punitur*.

1747. 28. *Aprilis a Reverendissimo Domino Jacobo Radlinski PRÆPOSITO GENERALI* A.R. Augustinus Foltynovvicz Præpositus Rypinen. commissionem sibi dari petit.

1748. 18. *Septembris Reverendissimus Jacobus Radlinski PRÆPOSITUS GENERALIS* R.P. Christophorum BobrovvsKi *ex Sacro Ordine ejectione dignum adinvenit*, ipsique *Canonicam monitionem* intimare mandavit.

1749. A.R. Franciscus DembinsKi Plebanus Gedlarovien. *a Reverendissimo Domino Radlinski* citatur, & *corripitur*.

1750. 5. *Junii*, A.R. Franciscus DembinsKi *a Beneficio Gedlarovien. amovendus erat*, nisi illud *sponte resignasset*, veniens ad Conventum Miechovien.

1751. 19. *Octobris coram Reverendissimo Radlinski Præposito Generali* comparuit personaliter A.R. Franciscus Kluba Præpositus Bythomien. , & Charzovien. expetens, quatenus se injustè delatum ab objectis purgare posset.

1752. 22. *Octobris Decreto Reverendissimi PRÆPOSITI GENERALIS*, & sex Patrum ad id specialiter deputatorum Augustinus SzpilmansKi Minorum Ordinum Clericus *de Sacro Ordine eijcitur*.

1753. 14. *Januarii* A.R. Ignatius PrzilecKi Plebanus Chodovien *A' REVERENDISSIMO GENERALI*, totoque Capitulo Miechovien. *canonice monetur*.

1754. *R̃mus Radlinski Generalis* A. R. Stanislaum MoszinsKi Expræpositum Rypinen. *corripit*.

1755. A.R. Carolus Serafini *ex Vicariatu Vvrocimoviensi amovetur*.

1757. 24. *Martii* A.R. Christophorus Cezary *A*

RE-

REVERENDISSIMO GENERALI *punitur.*

1758. 5. *Julii* A.R. Stanislaus MostynsKi Vicarius Lezayscensis *à Reverendissimo Generali coercetur.*

1769. R. Antoninus PavvlovvsKi *Vicarius Unieioviensis a Definitorio punitur.*

Collectum fideliter, & Extractum ex Actis pœnalium Ordinis Canonicorum Regularium S. Sepulchri, Sigilloque munitum per me Ignatium RyszKovvsKi &c. Actorum Capituli Miechovien. Notarium juratum &c.

Loco ☩ Sigilli.

V

Actum *anno* 1727. *die* 2. *Maii.*

In hoc Capitulo *facta est Electio ad Beneficium Urociriense* vacans post mortem R.D. Petri Borovii &c. Electores fuerunt 28., à quibus electus A.R.D. Ladislaus RossocKi votis 20. *Quam electionem uti Canonicam Reverendissimus Prælatus confirmavit.* Præposituram vero S. Heduigis Cracoviæ eidem A,R.D. Ladislao RussocKi *per Commendam tenere concessit* ad ulteriorem de ea dispositionem.

*Idem Rmus Generalis admittit Resignationes Parochialium, adprobatque, & confirmat electiones Præpositorum, & Parochorum.*

Sequitur legalitas &c.

X

Actum anno 1739- die 13. Aprilis: Per-Illustris Custos denuntiavit vacare Ecclesiam Vvagczovien. post obitum V. Balthasaris VvroblevvsKi, & ad *electionem novi Præpositi* descendere mandavit, Electores erant 25. &c. Quæ quidem electio quoniam Canonice successit pro persona P. Ladislai RussocKi Præpositi Cracovien., etiam ab ipso est acceptata, post quam acceptationem idem P. Præpositns Cracovien. *resignavit Beneficia* a se tenta, & possessa inantecessum, nempe Cracoviense *S. Heduigis, & Urociriense.* Post hanc iterum *resignationem* P. Custos ad vota pro Beneficio Cracoviense descendere mandavit, quæ quidem Electio quoniam Canonice successit pro persona P. Venceslai Muratovvicz, proindè etiam ab illo est acceptata. Quia vero *Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Generalis* huic electioni præ sua debilitate &c. præsens esse nequivit, proinde *pro approbatione utriusque electionis* missi sunt ad eumdem P. Præpositus Vvrocimovien., & P. Præpositus Charzovien., sed *utramque approbavit.*

Z

Actum Anno 1744. die 27. Maii. Convocavit Reve-

*verendissimus Prælatus* Capitulum Domesticum, in quo &c. *post liberam resignationem* Beneficii Vvrocirien. Per-Illustris Custodis, *REVERENDISSIMUS DOMINUS GENERALIS* in hoc Capitulo descendit ad electionem Canonicam dicti Beneficii. Electores ad Beneficium Vvrocirien. fuere 16. Quoniam P. VvscilovvsKi canonice electus est ad præfatum Beneficium, ideo *Illustrissimus Generalis præfatam Electionem canonice factam approbavit*. Quam P. VvscilovvsKi acceptavit.

Sequitur legalitas &c.

AA Anno Domini 1757. die 4. Julii *Reverendissimus Præpositus Generalis* Infulatus Beneficium Vvrocimovien. vacare promulgavit, & *ad electionem Præpositi* ad eandem Ecclesiam accedere &c. mandavit &c. Electores fuerunt 28. &c. R.D. Præpositus Cracovien. ad S. Hedvigem Cajetanus SKovvronsKi habuit vota 22. &c. Qui *REVERENDISSIMUS DOMINUS GENERALIS electionem præsentem uti Canonicam* pro Persona R. D. Cajetani SKouronsKi Præpositi Cracovien. *approbavit*, præsentationemque extradi mandavit.

Sequitur legalitas &c.

Actum Anno 1766. Die 10. Februarii.

BB *Reverendissimus Dominus Generalis* convocavit Capitulum in ordine *ad electionem pro Præpositura Conventuali Sanctæ Heduigis* Cracovien., *& Parochiali Vvrocimovien.* post obitum &c. Reverendi Cajetani Skovvronski, cujus meritorum præmisso encomio, *ad electionem novi Præpositi* descendere mandavit &c. Votantes fuerunt 21. Candidati: Primus Joannes Cantius Laskievicz &c. Quartus Faustinus Rutovvick Præpositus Sanctæ Crucis Zarnovecen. &c. habens vota 12. &c.

*Quam electionem uti Canonicam* in personam Præpositi Zarnovecen. *approbavit*.

CC Actum &c. Anno 1770. 14. Mensis Maii &c.

In eodem Capitulo Reverendus Faustinus Rutovvicz *Præposituram ad S Heduigim* Stradomien. sponte, & libere resignavit, *quam resignationem*, consentientibus Patribus Capituli, *Reverendissimus Dominus PRÆPOSITUS GENERALIS acceptavit*, electioni futuræ horam

ram tertiam post meridiem assignavit &c. Eadem itaque die &c. adveniente, iidem qui mane Patres Capituli consederunt. Quibus pro Capitulo sedentibus, *Reverendissimus Dominus PRÆPOSITUS GENERALIS*, *declarata Ecclesia Conventuali ad S. Heduigem Cracovien. pro vacanti*, idque *post liberam resignationem* Ad. Reverendi Faustini Rutovvicz &c., ad eligendum novum prædictæ Ecclesiæ Rectorem condescendere mandavit. Electores fuerunt 22., Candidati fueruntquinque. A. R. Szpyrczynski habuit vota 12. &c. Et cum hæc electio Canonica fuerit, idcirco *Reverendissimus Dominus PRÆPOSITUS GENERALIS eundem uti canonice electum* ad Ecclesiam Conventualem Sanctæ Heduigis Cracovien. *approbavit &c.*

Extractum ex Actis Capituli Conventus Generalis Miechovien. per me Cyrillum Vvansovvicz ejusdem Capituli, & Apostolicum Notarium &c.

Loco ✠ sigilli.

Num. 19.

*Comprobatur declaratione annosi Testis, Præpositos Generales jugiter dedisse Litteras Dimissoriales Canonicis sui Ordinis pro suscipiendis Sacr. Ordinibus, ad libitum deputasse Concionatores, Vicarios in Ecclesiis Parochialibus, electiones Præpositorum, & Parochorum approbasse, eosque revocasse, & removisse absque ulla ingerentia Episcoporum, ac omnes Canonicos Ordinis obedientiam promittere soli Præposito Generali.*

Anno 1777. Die 13. mensis Januarii ad Acta Conventus Generalis Miechovien. personaliter veniens Admodum Reverendus P. *Raymundus Vabrecius* Ecclesiæ Conventualis, & Parochialis Miechovien. Pænitentiarius, & *Senior Pater* recognovit sequentia.

Ego *Raymundus Annorum 69.*, in Sacra Religione Annorum 47. sub conscientia Sacerdotali recognosco præsentibus, quod vivens *sub regimine quatuor Præpositorum Generalium*, videlicet, Stanislai Stempkovvscii, Jacobi Radlinscii, Floriani, & Matthæi Buydecciorum, *viderim semper nostros Canonicos* non alicui Reverendissimorum Episcoporum, sed *ipsis Præpositis Generalibus vota religiosa nuncupasse, ab illis ipsis litteras ad Ordines Sacros accepisse, promotosque fuisse absque ullo interventu eorumdem Illmorum Episcoporum*. Item *ad Officia Vicariorum, Concionatorum, Professorum*, cæteraque *per eosdem solos Præpositos Generales missos, & designatos semper fuisse*, ab iisque, quando necessitas postulabat, *revocatos*, vel etiam absolute *sine dependentia ullius Illustrissimi Episcopi amotos extitisse*. Quod ve-

ro respectu Officialium fieri, & observari oculis meis vidi, id totum etiam cum Beneficiatis solebat practicari, quorum *electiones ad Beneficia non Illustrissimus Episcopus aliquis, sed solus Generalis Præpositus approbare solebat, & ab illis Beneficiis*, si aliqua id ratio exigebat, *idem ipse revocabat*, aut etiam *amovebat*, alios in locum amotorum per Capitulum electos approbans, & substituens. Quæ omnia uti *ex continuo usu, praxi, consuetudine*, & experientia sunt certa, ac clara, ita eadem juramento etiam corporali, si opus fuerit, comprobare appromitto: Et ob majorem fidem se manu propria subscripsit.

*Raymundus Vabrecius Ecclesiæ Conventualis, & Parochialis Miechovien. Pœnitentiarius, & Senior Pater*, Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sancti Sepulchri Presbyter Professus manu propria.

Extractum ex Protocollo Actorum Conventus Generalis Miechovien., & sigillo ejusdem munitum per me Servatium Valentini Dobrzynski Sacra Auctoritate Apostolica Notarium, manu propria.

Loco ☩ signi.

**Num. 20.** *Præmissa omnia luculentius confirmat spectabilis alter annosus Testis.*

Anno 1777. Die 17. mensis Januarii ad Acta Conventus Generalis Miechovien. personaliter veniens Admodum Reverendus P. *Stanislaus Cercha* Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sancti Sepulchri Presbyter Professus Ecclesiæ in Zarnowiec ad Sanctam Crucem Præpositus, Conventus Generalis Miechovien. Consiliarius sponte, libere, & per expressum recognovit sequentia.

*Ego Stanislaus 72. vitæ meæ incipiens annum*, fidem certam, & indubitatam sub onere conscientiæ meæ Sacerdotalis facio, quod ingressus Religionem Anno Domini 1731. fecerim Professionem in manibus Admodum Reverendi Francisci Bębnowski Vice-Custodis Conventus Miechovien, in qua *juravi obedientiam Religiosam non alicui Episcopo, sed ipsi Reverendissimo Stanislao Stempkowski Præposito Generali* electo, ejusque Successoribus, *hocque ipsum ab aliis meis Comprofessis*, sicut antiquitus,

A

B

au-

audiverim practicari, quod *solis Præpositis Generalibus vota Religiosa nuncuparent*, *ita usque ad præsens tempus vidi*, & *observavi*. Ego idem dans operam scientiis statui meo necessariis in Conventu Miechoviensi, ab eodem *Reverendissimo Generali mittebar ad ac-* C *cipiendos Ordines* usque ad Presbyteratum inclusive, quo accepto fueram *missus pro Vicario ad Ecclesiam Prævorscensem Parochialem* in Diæcesi Præmislien., ubi *Officio Concionatoris Festivalis* ejusdem Ecclesiæ, & *Officio Æconomi applicatus fueram* non ab alio quopiam, nisi *a supradicto Stanislao Stempkovski*, quod similiter *cum aliis Fratribus fuisse factum attestor*. Qui demum Stanislaus Stempkovvski ab illo loco *revocavit me ad Conventum Miechoviensem* pro Officio Æconomi, & Procuratoris, in quo expleto triennio, promovit me, & *approbavit electum ad Beneficium Curatum Szempelborgense* in Archidiæcesi Gnesnen., a quo Beneficio post decennium D iterum *a Reverendissimo Jacobo Radlinski Præposito Generali revocatus fueram*, & destinatus ad idem Officium Æconomiæ Miechovien, quod quinquennio administrans, *electus fueram ad Præposituram Hospitalem Ripinen.* in Diæcesi Plocen., & *a prædicto Radlinscio approbatus*. Inde iterum *ad Præposituram Vissogradiensem Parochialem* in eadem Diæcesi *promotus*, & *ab eodem fueram approbatus*. In qua Præpositura expleto quinquennio, Officio Vice-Custodis Conventus Miechovien. *a Reverendissimo Matthæo Buydecki moderno Præ-* E *posito Generali* fueram honoratus, a quo iterum *translatus ad Beneficium Curatum Chodovien.*, atque successive *ad Præposituram Hospitalem Zarnovecen.* in Diæcesi Cracovien. *electus*, & *ab eodem Generali approbatus*, in qua huc usque resideo, & eamdem cum Dei adjutorio in annum sextum administro. F Porro sicut *a Præpositis Generalibus*, sub quibus vixi, sive *ad Officia*, sive *ad Beneficia disponi*, & *ordinari*, ita *per eosdem*, *aut etiam per Delegatos ab illis*, sicut alii Beneficiati in dictis Officiis, & Beneficiis *visita-*

*ri solebant juxta statuta Ordinis*. Quae omnia uti vera, & realia corporali juramento confirmare omni tempore me offero. Et ob majorem fidem se manu propria subscripsit.

*Stanislaus Cercha Ordinis Canonicorum Regularium S. Sepulchri Consiliarius, Zarnovecen. Praepositus manu propria*.

Extractum ex Protocollo Actorum Conventus Generalis Miechovien., & Sigillo ejusdem munitum per me Servatium Valentini Dobrzynski Sacra Authoritate Apostolica Notarium manu propria.

Loco ✠ signi.

Num. 21.

*Ac obtestatur quoque praemissorum veritatem, perennemque possessionē & jurisdictionem Praepositorum Generalium alter Religiosus Testis*.

Ego infrascriptus manens in Nostra Religione Canonicorum Custodum Sancti Sepulchri Domini Nostri Jesu Christi ab Anno 1730., quo sum eamdem Religionem ingressus, ad praesens tempus testor sub conscientia Sacerdotali, habere me certam, & indubitatam notitiam tum ex traditione a Patribus Senioribus, tum ex ipsa mea experientia, quod *semper sine omni dependentia Reverendissimorum Dominorum Episcoporum a Praepositis Nostris Generalibus*, sub quorum regimine vitam religiosam duxi, utpote Stanislao Stempkovvski, Jacobo Radlinski, Floriano Buydecki, & moderno Matthaeo pariter Buydecki, *Personae Religiosae ad Beneficia*, & *Officia electae approbarentur*, ab illis, quando ratio fuerat, *amoverentur*. Professores ad tractanda studia tam Philosophica, quam Theologica, *Concionatores*, & *Vicarii destinarentur*, *ab ipsis pariter jun. Fratres ad respectivos Ordines promoverentur*. Item quod *Praepositus Miechoviensis*, *qui EST GENERALIS NOSTER*, Sacras Professiones susciperet, in quibus *eidem*, & *ejus Successoribus Obedientiam Religiosam omnes solent appromittere*, & *vovere*, *non ulli Episcopo*: Id totum, quod sincere, & fideliter recognosco, in me ipso expertus sum, nam *Reverendissimo Generali vovi obedientiam Stanislao StempkovvsKi*, *ab eodem promotus sum ad minores*, & *Sacros Ordines*, ab eodem missus sum ad Conventum Cracoviensem S. Hedvigis ad tractanda studia Phi-

Philosophica, & Theologica. Deinde *ab eodem* destinatus fueram ad Officium Magistri Novitiorum in Conventu nostro Generali Miechoviensi, postea *ab eodem* destinatus fueram ad officium Professoris Philosophiæ, deinde ad officium S. Theologiæ in Conventu nostro Cracovien. S. Heduigis. *A Reverendissimo Jacobo Radlinski Præposito nostro Generali* electus fueram *in Curatum ad Ecclesiam Chelmensem Parochialem*, postea *ab eodem* per electionem, & approbationem capitulariter factam *translatus fueram ad Præposituram Lezayscen* Parochialem, *& ab eodem a dicta Præpositura Lezayscen* Parochiali ex causis notis Sacræ Religioni *sine ullo interventu Illustrissimi Loci Ordinarii fueram amotus*. Deinde *ab eodem Præposito Generali* per electionem capitulariter factam *missus fueram ad Beneficium Parochiale Chanuszovien.* in Hungariam. Ex quo Beneficio administrato annis septem, *per Reverendissimum Florianum Buydecki Præpositum nostrum Generalem revocatus fueram*, & destinatus ad Officium Professoris S. Theologię in Conventu Cracovien S. Heduigis. *In quo* Conventu Cracovien. *cum expressa licentia præfati Floriani Buydecki Præpositi nostri Generalis* assecutus sum in Alma Universitate Cracovien. Lauream Doctoralem. C

Postea *a Reverendissimo Generali moderno Matthæo BuydecKi* designata mihi fuerat *administratio Ecclesiæ Hospitalis* Sanctæ Barbaræ V., & M. Miechovien.: Deinde *sub eodem moderno Reverendissimo Generali Matthæo Buydecki* capitulariter electus fui *ad regimen Ecclesiæ Hospitalis Zarnovecen.*, & post duos annos iterum translatus sum, & a Capitulo electus in Curatum Ecclesię Parochialis Chelmen., *confirmante, & approbante hanc meam electionem præfato Reverendissimo Domino Generali Matthæo Buydecki*, & ad hanc Ecclesiam Chelmen. jam currente anno nono, cum duobus Fratribus nostræ Religionis Presbyteris Vicariis, *a prædicto Generali nostro* mihi missis, *qui ad ejus nutum, & dispositionem solent mutari, & revocari*, cum Dei adjutorio curam Animarum administro. Ad complementum autem omnium eorum, quę de me expressi, pariter *cum aliis Personis, & Beneficiatis nostris fieri vidi, observavi*, ac exper- D

tus sum. In quorum omnium, & singulorum fidem me propria manu subscribo, & Sigillum appono. Datum in Residentia Plebanali Anno Domini 1777. die 20. Mensis Januarii.

*Dionysius Jaguszinski S. T. D. Canonicorum SS. Sepulchri Consiliarius Ecclesiæ Parochialis Chelmen. Curatus m. p.*

Loco ✠ Signi.

Sequitur legalitas.

E

*Concionatores, qui ut supra deputantur ab Reverendissimo Generali, petunt tantum benedictionem ab Episcopo.*

Anno 1769. die 2. Januarii; Ad acta Notariatus mei comparens *A. R. Carolus Serafin* Ordinis Canonicorum Regularium Sanctissimi Sepulchri Presbyter Professus olim Ecclesiæ Conventualis Sancti Joannis Gnesnen., nunc Conventus Generalis Miechovien. Concionator Ordinarius tacto pectore super Evangelium juravit de, & super eo, quia *ipse a suis Superioribus designatus ad obeundum munus Concionatoris Ordinarii in* prædictaEcclesia Conventuali Sancti Joannis Gnesnæ, a Superiore illiusmet loci Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Adamo Komorowski Archiepiscopo Gnesnen. fuerat præsentatus *pro impetranda tantum benedictione, quæ solet dari nutu manus Crucem facientis* absque ullo scripto ad hocce exercendum munus &c. super quibus &c.

Servatius Dobrzyoski Not. Apost.

Loco ✠ Signi.

F

Ego infrascriptus assignatus ante annos circiter viginti a Capitulo Generali in Conventu Miechovien. celebrato *pro Officio Concionatoris ordinarii* ad Ecclesiam Conventualem Gnesnen. Sancti Joannis, testor me ad hocce munus petiisse *non licentiam*, sed *benedictionem* ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Officiali Generali Gnesnen., illamque obtinuisse in verbo, ut dari solet, non in scripto &c.. In quorum fidem præsens testimonium manu propria subscribo, & majoris roboris gratia sigillum Notariatus mei appono.

*Ex Sum. Rotal in Causa Gnesnen Conventualitatis* n. 8. litt. A., & C.

Sequitur legalitas in forma &c.

Num. 22.

*Ex formula Professionis, quam emit-*

Modus benedicendi Professandos post Annum Probationis in Ordine Canonicorum Regularium.

Or-

Ordinis Sancti Sepulchri Domini Hierosolymitani; Ex quo excerptum sequitur tale.

*Ego Frater NN.* Offero me ipsum Divinæ pietati serviturum in Ecclesia Sacrosancti Sepulchri Domini Nostri JESU CHRISTI, sub Canonica Regula Sancti Augustini sine proprietate, & in castitate vivere: ET PROMITTO OBEDIENTIAM DOMINO PRÆPOSITO GENERALI NN., *& Successoribus suis*, quos sanior pars Congregationis ejusdem Ordinis in ipsa Ecclesia secundum Dominum elegerit.

Quod excerptum manu mea propria subscribo, & Sigillo Conventus nostri Generalis Miechovien. munio. Datum die 9. Januarii Anno Domini 1777. Miechoviæ.

*Martinus Laurentius Jarzynski* Magister Novitiorum, & Director Juniorum Fratrum.

Ita est *Ignatius Ryszkovvski* &c. Actorum Capituli Miechovien. Notarius Juratus &c.

Loco ✠ Signi.

*tunt Canonici Regulares nostri Ordinis, comprobatur eosdem promittere obedientiam soli Præpsioto Generali*

Num. 23.

*In electionibus Præpositi Miechoviensis, quæ fiunt a Capitulo Generali, & Canonicis universi Ordinis SS. Sepulchri, quæque deinde confirmantur a Sede Apostolica, necnon in ipsis litteris Apostolicis, idem Præpositus constituitur, & agnoscitur in Præpositum Generalem, eique tribuitur regimen totius Ordinis.*

*Clemens Episcopus &c.* Dilecto Filio nostro, & Sedis Apostolicæ *Nuncio* in Regno Poloniæ commoranti salutem &c. Religionis zelus &c., & virtutum merita, super quibus dilectus Filius *Stanislaus Stempkovvski* Præsbyter, & Canonicus Regularis infrascripti Ordinis, & Monasterii expresse Professus apud nos commendatur testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Stanislai petitio continebat, quod alias PRÆPOSITURA GENERALI *Claustrali Monasterii Miechovien. Ordinis Sancti Sepulchri Canonicorum Regularium* Cracovien. Diæcesis, certo tunc expresso modo extra Romanam Curiam vacante, ad illam sic vacantem dilecti Filii, *Capitulum, & Canonici Regulares* Monasterii hujusmodi, *ad quos electio Personæ idoneæ* Ordinem ipsum expresse Professæ *ad dictam Præposituram*, dum illa pro tempore vacat ex Privilegio, seu indulto Apostolico &c., seu ex antiqua, & approbata, hactenusque pacifice observata consuetudine spectat, & pertinet, *pro futuri eorum Præpositi electione celebranda capitulariter congregati*, vocatis omnibus, qui electioni hujusmodi de jure, usu, vel consuetudine interesse poterant, & debebant,

A

B

bant, dieque ad eligendum prefixa, dum Stanislaum *in eorum*, & *dicti Monasterii* PRÆPOSITUM GENERALEM Claustralem infra legitimum tempus *canonice elegerunt*, seu illorum major pars elegit, ipseque Stanislaus electioni de sui Persona factæ &c. consensit &c. Nos &c. eidem Stanislao &c. specialem gratiam facere volentes &c., discretioni tuę mandamus, quatenus *Tu Præposituram prædictam, cui*

C

*Cura imminet Animarum*, ac cujus &c. fructus &c. 24. duc. &c. non excedunt &c., *eique Cura etiam Jurisdictionaliis immineat &c.* cum annexis hujusmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis dicto Stanislao conferre, & assignare authoritate nostra cures, inducens per te, vel alium, seu alios eumdem Stanislaum, *recepto prius ab eo nostro, & Romanę Ecclesiæ nomine fidelitatis debitæ solito juramento*, juxta formam, quam sub Bulla nostra mittimus introclusam, vel Procuratorem suum in corporalem possessionem dictæ Pręposituræ, ac annexorum, juriumque, & pertinentiarum prędictorum &c Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem *Anno Incarnationis Dominicæ* 1734. 15. *Kalen. Septembris* Pontificatus nostri Anno V.

D

*Et quæ talis recognoscitur a Nuncio Apostolico, cui fuerunt commissæ pro executione litteræ Apostolicæ* Stanislai Stempkovvski *electi, & confirmati Præpositi Generalis* an. 1734.

*Cammillus Paulutius &c.* Sanctæ Sedis Apostolicę *in Regno Poloniæ Nuncius &c.* dilectis Nobis PP. Petro GogolinsKi Pręposito Prævorscen. Ordinis Canonicorum Regularium SS. Sepulchri &c & Jacobo RadlinsKi Præposito Lezayscen. &c. salutem &c. Noverint RR. Paternitates Vestræ, præsentatum nobis fuisse transumptum litterarum Apostolicarum SS. Domini Nostri PP Clementis XII. sub datum Romæ 1734. Kalen. Septembris &c. pro parte *R. P. Stanislai StempKovvsKi* prędicti Ordinis Canonicorum Regularium SS. Sepulchri Monasterii, seu Conventus Miechovien. Professi, & alias IN PRÆPOSITUM GENERALEM *Claustralem a Venerabili Monasterio, seu Conventu Miechovien. electi &c.*: Post cujus quidem Transumpti litterarum Apostolicarum superius insert. præsentationem, necnon *fidelitatis debitæ soliti juramenti*, per ipsum Reverendum Dominum Stanislaum StempKovvsKi die hodierna coram nobis præstationem, *ex parte ejusdem R. Domini*

*Sta-*

*Stanislai electi*, & authoritate Apostolica *confirmati Præpositi Generalis* Claustralis Miechovien. nobis fuit supplicatum, quatenus ad earumdem Provisionalium Litterarum Apostolicarum executionem procedere dignaremur. Nos igitur &c. ad earumdem Litterarum Apostolicarum executionem &c. procedere volentes, *eumdem R. P. D. Stanislaum Stempkovvshi* de Præpositura Miechoviensi Provisum Apostolicum IN PRÆPOSITUM GENERALEM Claustralem hujusmodi Monasterii, seu Conventus auctoritate, qua in hac parte fungimur, constituimus, & deputamus, ipsumque, vel suum Procuratorem ejus nomine in corporalem possessionem ejusdem Præposituræ Claustralis, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum in Dei nomine immittimus. Quæ omnia &c. Paternitatibus vestris &c. notificamus &c.; Requirentes &c., quatenus postquam pro parte *R. P. D. Stanislai Stempkovvski electi, & confirmati Præpositi Generalis* Claustralis Miechovien. Ordinis SS. Sepulchri &c. fueritis requisiti &c., in adipiscenda possessione &c. authoritate Apostolica vice nostra assistant &c. *Religiosi* vero, ac RR. PP., & Fratres Monasterii, seu Conventus Miechovien. Ordinis Sancti Sepulchri *obedientiam, & reverentiam debitas*; ac tandem Vassalli, & alii Subditi &c. *ipsi R. P. D. Stanislao Stempkouski PRÆPOSITO GENERALI Claustrali electo, & confirmato à Sede Apostolica* consueta servitia, & jura sibi ab eis debita integrè *exhibeant &c.* Et insuper alterutri ex RR. Paternitatibus vestris &c. committimus &c., quatenus &c. dictum R. P. D. Stanislaum Stempkovvski *Præpositum Generalem* Claustralem Miechovien. &c. introducant &c. Datum in Claromonte die 5. Januarii 1735. = C. Archiepiscopus Iconien. Nuncius Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli.

Ego Jacobus Radlinski &c. Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Sepulchri &c. satisfaciendo Litteris Reverendissimi Nuncii Apostolici &c. juxta illarum vim &c. *Reverendissimum Dominum Stanislaum Stempkovvski ORDINIS, & CONVENTUS quorum supra PRÆPOSITUM GENERALEM* Claustralem in realem &c. Ecclesiæ Miechovien., & *PRÆPOSITURÆ* GE-

E

F

*Et Religiosis injungitur, quatenus obedientiam præstent dicto Præposito Generali.*

G

*Idemque qua Præpositus Generalis in possessionem immittitur Præposituræ Generalis Ordinis.*

*GENERALIS PRÆDICTI ORDINIS*, ipsiusque Bonorum, jurium &c. possessionem &c. introduxi, & intromisi &c. Datum in Conventu Generali Miechovien. *anno* 1735. *die* 16. *Februarii*. Idem qui supra manu propria.

Sequitur legalitas &c.

Num. 24.

*Sic anno* 1743. Jacobus Radlinski *eligitur in Præpositum Generalem, ejusque supremam potestatem, ac jurisdictionem agnoscunt Canonici omnes dicti Ordinis.*

*Anno* 1743. *die* 23. *Septembris*. Actum est Capitulum *in Conventu Generali Miechovien.* convocatum &c. *ad eligendum Reverendissimum PRÆPOSITUM GENERALEM* vigore Litterarum Innotescentialium *ad omnes Provincias*, in quibus *Conventus*, *&* *Ecclesiæ Ordini nostro incorporatæ* extant, directarum &c.: Inchoato Hymno Veni Creator Spiritus, in primis Reverendissimus Custos &c. juravit hac forma = Ego Venceslaus juro Deo Omnipotenti, quia meliorem, & utiliorem Ecclesiæ eligam *Reverendissimum Generalem* = Mox Per-Illustres Provinciales pariter, & reliqui omnes Capitulares sub expressa forma &c. jurarunt &c.: Votantes erant quinquaginta &c.: Et quoniam Reverendissimus Dominus *Jacobus Radlinski* habuit 36. vota, adeoque majorem partem comparate ad alios, ideo Rev. Dominus Valentinus Vvscilovvski primus Scrutator &c. electionem hoc pacto publicavit = Ego Valentinus &c. meo, omniumque mihi consentientium nomine *IN PRÆPOSITUM GENERALEM M.* A *Jacobum Radlinski*, in quem major, & sanior pars Capituli consensit, *eligo*, & nomine Capituli prædictum Jacobum Radlinski declaro, & pronuncio *VERUM, ET LEGITIMUM hujus Conventus Generalis, atque aliorum Canonicorum Sancti Sepulchri ad eundem Conventum pertinentium PRÆPOSITUM GENERALE*, jubeoque, ut electio solemniter publicetur &c. Post hanc publicationem omnes Schedulæ sunt combustæ. Tandem Reverendissimus Custos Generalis denuntiavit Illustrissimo Electo de se factam electionem tali sermone = Quantum Ordinem nostrum contristavit mortalitas *Reverendissimi Generalis &c.*, tantum in eodem recompensat damnum, & summè lætatur Mater nostra Hyerusalem, cum te hodie *IN GENERALEM eligit*, & inaugurat &c.: Sicut B enim *Reverendissimus olim Generalis quarumcumque Ecclesiarum, & Conventuum regimen* te-

*tenuit &c.* : sicut ille jurium principalium Ordinis nostri fuit specialis evictor, & Defensor, ita & Tu Cardinalium jurium nostrorum &c. Promotor, Fundator, & Manutentor extitisti &c. Tantis ergo tuis meritis debebatur hæc *Dignitas PRÆLATURÆ GENERALIS*. = Proinde *Te PATREM*, *Te PASTOREM*, *& DUCEM NOSTRUM REVERENDISSIMUM GENERALEM agnoscimus*, & veneramur &c. : Magna itaque cor nostrum lætitia perfunditur, totique in Domino &c. gratulamur, qui *Te ad Supremum Ordinis nostri evexit Regimen* . . . Dexteram Domini exaltavit Te, quam ego dum filiali affectu in benedictionem longævi regiminis tui deflecto, *Me CUM TOTO ORDINE tuæ protectioni*, *& jurisdictioni* prorsus demitto, ac devolvo. = Tandem finito hoc sermone Reverendissimus Neoelectus &c. factam electionem acceptavit &c.

C

D

Extractum ex Actis Conventus Generalis Miechovien., & sigillo munitum per me Raphaelem Szlenkieuicz ejusdem Conventus Generalis Actuarium &c.

A

Locus ✠ Sigilli.

E

*Benedictus Episcopus &c.* Dilecto Filio nostro, & Sedis Apostolicæ in Regno Poloniæ commoranti *Nuntio* salutem &c. Religionis zelus &c., super quibus dilectus filius *Jacobus Radlinski* Præsbyter, ac Canonicus Regularis infrascriptorum Ordinis, & Congregationis expresse Professus apud nos fide digno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi ad gratiam reddamur liberales. Cum itaque, sicut accepimus, *Præpositura Monasterii Miechovien.* Ordinis Sancti Sepulchri sub Regula Sancti Augustini Canonicorum Regularium Cracovien. Diæcesis, ad quam dum pro tempore vacat, *Electio Personæ idoneæ* Ordinem ipsum expresse Professæ ad pro tempore existentes *Capitulum Generale*, *& Canonicos Regulares ejusdem Ordinis* Congregationis Miechovien. in Regno Poloniæ ex Privilegio, seu Indulto Apostolico &c., aut ex antiqua, hactenusque pacifice observata consuetudine spectat, & pertinet &c., Discretioni Tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Tu Præposituram primodictam, *quæ GENERALIS*, *& Claustralis existit*, ac *cui cura*

*Ac in Litteris Apostolicis desuper expeditis Præposituram Monasterii Miechoviensis esse Generalem, edixit Summus Pontifex.*

F

*Cura imminet animarum &c.*, *eique cura etiam Jurisdictionalis immineat* &c., eidem Jacobo Authoritate nostra conferas, & assignes &c.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem *Anno Incarnationis Dominicæ* 1743. Quarto Idus Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

Num. 25. *Itidemque anno* 1762. *in Præpositum Generalem electus extitit* Florianus Buydechi.

Capitulum Canonicorum Regularium Custodum Sancti Sepulchri Congregationis Miechovien. in Polonia, nempe Provinciales, Consiliarii, Præpositi, Plebani, ac *omnes in universum Canonici prædicti Ordinis* post decessum olim Reverendissimi Jacobi Radlinski *immediati Præpositi Generalis* ejusdem Ordinis anno Domini 1762., die 3. mensis Januarii demortui, prævijs Litteris Innotescentialibus sibi legitime intimatis, servatisque omnibus de jure servandis *pro die* 15. *mensis Martii anno currenti* 1762. convocati, & ad stubam Capitularem *Conventus Generalis Miechovien.* congregati, invocato S. Spiritus auxilio eodem die capitulariter, & Canonice *elegimus IN PRÆPOSITUM GENERALEM prælibati Ordinis* A. R. D. *Florianum Buydecki &c.*, pro quo humillime supplicamus Sanctissimo Domino Nostro Domino Clementi XIII. Pontifici Maximo feliciter regnanti, ut *hanc electionem nostram* de sua benignitate *approbare*, dictoque Neo electo nostro REGIMEN TOTIUS PRÆFATÆ CONGREGATIONIS, & Curam Animarum Ecclesię Conventuali Miechoviensi annexam concedere dignetur. In quorum fidem præsens Instrumentum canonicæ electionis subscribimus, & sigillum Ordinis apponimus. *Dat. in Conventu Generali Miechovien. die* 16. *Martii anno* 1762.

A

*Silvester Jandecki* Præpositus Scarzeszoviensis Conventus Miechovien. Custos, Præses Capituli &c m. p.

B

*Florianus Dyvvizinski* Concionator Ordinarius, & Actor. Capituli pręsentis Electivi Notarius.

Extractum ex Actis Conventus Generalis Miechovien., & sigillo munitum per me Raphaelem Szlenkievvicz ejusdem Conventus Generalis Actuarium &c.

Loco ✠ Signi.

Cle-

*Clemens Episcopus &c.* Dilecto Filio Nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio in Regno Poloniæ salutem &c.: Cum itaque, sicut accepimus, *Præpositura Monasterii Miechovien* Ordinis Sancti Sepulchri, ad quam, dum illa pro tempore vacat, *electio Personæ idoneæ Ordinem ipsum expresse Professæ* ad prò tempore existentes *Capitulum Generale, & Canonicos Regulares ejusdem Ordinis* Congregationis Miechovien in Regno Poloniæ ex Privilegio, seu Indulto Apostolico &c., aut ex antiqua, & approbata, hactenusque pacificè observata consuetudine, spectat, & pertinet, & quam quondam Iacobus Radlinski dum viveret &c. obtinebat, per obitum dicti Iacobi &c. vacaverit, & vacet ad præsens. Nos &c. sperantes, quod dilectus Filius *Florianus Buydecki* Præsbyter, & Canonicus Regularis dicti Ordinis &c., qui *ad Præposituram prædictam* ut præfertur vacantem à dilectis Filiis modernis Capitulo generali, & Canonicis Regularibus ejusdem Ordinis, & Congregationis prædictæ infra legitimum tempus Canonicè electus fuit &c., primodicto Monasterio esse poterit plurimum utilis &c., *electionem de dicti Floriani persona*, ut præfertur, *factam Apostolica authoritate confirmantes, & approbantes*, Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Tu *Præposituram primodictam, quæ GENERALIS, & Conventualis existit, & cui Cura imminet Animarum &c.* cum annexis hujusmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis eidem Floriano Authoritate nostra conferas, & assignes, inducens per te &c. eundem Florianum, recepto prius ab eo nostro, & Romanæ Ecclesię nomine fidelitatis debitæ solito juramento, vel Procuratorem suum in corporalem possessionem primodictæ Præposituræ, ac annexorum &c. ac faciens eundem Florianum &c. ad primodictam Præposituram admitti, sibique &c. à *Capitulo, & Canonicis prædictis obedientiam, & reverentiam debitas*, & devotas, & à dilectis pariter filiis Vassallis, & aliis Subditis &c. consueta servitia, & jura &c. exhiberi &c.. Datum Centumcellis Anno Incarnationis Dominicæ 1762. pridie Kalen. Maii Pontificatus Nostri Anno IV.

C

*Et quà Præpositus Generalis fuit à S. Sede confirmatus.*

D

E

*Obtestans rursus Pontifex, Generalem esse Præposituram Miechoviensem*

F

G

*Idque ipsum recognovit, & obfirmavit Nuncius Apostolicus in executione Litterarum Apostolicarum ut supra expeditarum favore præd. Rmi Floriani electi, & confirmati Præpositi Generalis.*

*Antonius Eugenius Vicecomes &c.* in Regno Poloniæ *Nuncius &c.* Noveritis &c. Nos transumptum Litterarum Apostolicarum &c. sub dat. Anno Incarn. 1762. pridie Kalen. Maii &c. prò parte Reverendissimi Floriani Buydecki &c. præsentatum &c. suscepisse &c.: Post quarum quidem Litterarum Apostolicarum præsentationem &c. Nobis humiliter supplicatum fuit, ut ad executionem earundem Litterarum &c. procedere dignaremur. Nos igitur &c. *eumdem Reverendissimum Florianum Buydecki IN PRÆPOSITUM GENERALEM* Claustralem hujusmodi Conventus, seu Monasterii Miechovien Canonicorum Regularium S. Sepulchri Congregationis ejusdem Miechovien &c. authoritate, qua in hac parte fungimur, constituimus, ac deputamus, ac eidem dictam *PRÆPOSITURAM GENERALEM, & Conventualem conferimus, & assignamus*, ac in possessionem, regimen, & administrationem spiritualium, & temporalium *d. PRÆPOSITURE GENERALIS*, & Conventualis &c. immittimus; Curam Animarum, regimen, & administrationem omnimodam tam *d. PRÆPOSITURÆ GENERALIS* Conventualis, quam Bonorum modo quo supra prò ea exdivisorum, plenariè committendo &c.; Requirentes &c., quatenus postquam *prò parte prædicti Reverendissimi Floriani Buydecki Præpositi Generalis Claustralis electi, & à S. Sede Apostolica confirmati* fueritis requisiti &c., in adipiscenda possessione regiminis, & administrationis *d. Præposituræ Claustralis Generalis Conventus, seu Monasterii, ac Congregationis Miechovien*, atque Bonorum d. Præposituræ exdivisorum &c. authoritate Apostolica vice nostra assistant: *Vos verò Religiosi, & RR. PP., & Fratres Conventus, seu Monasterii, & Congregationis Miechovien* Ordinis S. Sepulchri *Obedientiam debitam, & devotam*; Vosque Vasalli, & Subditi &c. *ipsi Reverendissimo Floriano Buydecki Præposito Generali Claustrali Electo, & à Sede Apostolica*, ut supra *confirmato* consueta servitia, & jura &c. *exhibeatis &c.* Datum Varsaviæ die 21. Iulii 1762. *A. E. Archiepiscopus Ephesinus Nuncius Apostolicus.*

H

K

*Injuncta item Religiosis omnibus obedientia erga prædictum Generalem.*

Loco ✠ Sigilli.

Sequitur legalitas &c.

Bea-

L
*Eademque Præpositi Generalis prærogativa, illiusque potestas recognita fuit in Capitulari electione hodierni R̃mi Præpositi Principalis.*

M

*Beatissime Pater* = Capitulum Ordinis Canonicorum Regularium Custodum SS. Sepulchri in Polonia, nempe Provinciales, Consiliarii, Præpositi, Plebani, cæterique in universum Canonici prædicti Ordinis, post decessum Reverendissimi olim Floriani Buydecki immediati Ecclesiæ Miechovien Curam animarum habentis, & *ejusdem Ordinis Præpositi Generalis* Infulati, Anno Domini 1765. die prima mensis *Augusti* demortui, præviis Litteris Innotescentialibus sibi legitime intimatis *pro die* 23. *Mensis Septembris Anno currenti* 1765. convocati, & ad Stubam Capitularem Conventus Generalis Miechovien congregati, invocato S. Spiritus auxilio, servatisque omnibus de Iure Canonico servandis, eadem die canonice *elegimus IN PRÆPOSITUM GENERALEM Infulatum Ecclesiæ Miechovien, TOTIUSQUE PRÆDICTI ORDINIS* Perillustrem R. D. *Matthæum Buydecki* ejusdem Ordinis Professum &c. Pro quo humiliter supplicamus Sanctissimo Domino Nostro D̃no Clementi XIII. Pontifici Maximo feliciter Regnanti, ut huncce Electum Nostrum de sua benignitate approbare, dictoque Perillustri A. R. Neoelecto nostro *REGIMEN PRÆFATI ORDINIS*, & Curam Animarum Ecclesiæ Conventuali Miechovien annexam concedere dignetur. In quorum fidem præsens Instrumentum Canonicæ electionis subscribimus, & sigillum Ordinis apponimus. *Datum in Conventu Generali Miechovien.* 23. *mensis Septembris Anno Domini* 1765.

*Silvester Iandecki* Provincialis Russiæ manu propr.

*Ignatius Przylecki* Conventus Lezayscen Præpositus manu pp.

*Ioannes Cantius Laskievvicz* S. T. D. Ordinis Consiliarius &c.

*Bonaventura Christ* S. Ioannis Gnesnæ Præpositus &c.

*Ioannes Nepomucenus Czaplinski &c.* Provincialis Masoviæ man. propr.

*Ioseph Fabianski &c.* Actorum Capituli Conventus Generalis Miechovien, & præsentis Electionis assumptus Notarius.

Ex-

Extractum ex Actis Conventus Generalis Miechovien, & sigillo munitum, per me Raphaelem Slenkievvicz ejusdem Conventus Generalis Miechovien Actuarium &c.

Loco ✠ Signi.

Num. 26.

*Sigismundus Rex Poloniæ suis litteris scriptis Capitulo Metropolitanæ Gnesnen Anno 1549. obtestatur, Præpositum Miechovien, esse Superiorem Ordinis, mandatque eidem Capitulo, ne ullam jurisdictionem exerceat in Canonicos d. Ordinis.*

*Sigismundus Augustus* Dei gratia *Rex Poloniæ &c.* Venerabilibus Prælatis, & Canonicis, totique *Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnen* devote Nobis dilectis &c. Exposuit coram Nobis *Ven. Ioannes Præpositus Miechovien &c.*, quod Devotiones Vestræ *Ven. Martino VVrzesni* Ecclesiæ S. Ioannis apud Gnesnam, & Conventus Ordinis S. Sepulchri Domini Præposito injurias, & difficultates quasdam inferitis, & exhibetis, ac jurisdictionem suam in eum usurpare contendunt, cui nunquam antea subfuit, *NEQUE QUEMPIAM ALIUM QUAM IPSUM PRÆPOSITUM MIECHOVIEN SUPERIOREM AGNOSCEBAT*, supplicavitque Nobis, ut qui ejusdem Ordinis Supremus Patronus sumus, eidem de remedio justitiæ providere dignaremur. Quapropter Devotiones Vestras hortamur, atque eis mandamus, ut ab injuriis, & difficultatibus ipsi Ven. Martino inferendis sibi abstineant, *neque Iurisdictionem ullam*, cui antea parere non consueverat, *in eum exercere audeant*, pro gratia Nostra. *Datum Cracoviæ die 28. Octobris Anno D. 1549.* Regni vero Nostri 20.

*Ex cit. Sum. Rotal. num. 41.*

Ad mandatum Sanctæ mentis Regiæ proprium. Ioannes Przyiemski.

Ex Actis Gnesnen Castren in Archivio Castri Posnanien existen extract.

Loco ✠ Sigilli.

Num. 27.

*Alter Poloniæ Rex Anno 1624. aliis suis litteris recognoscit summam d. Præpositi Miechovien. potestatem, & jurisdictionem in omnes per Poloniam sparsos ejusdem Ordinis Conventus.*

Regiæ Majestatis *Sigismundi III. Regis Poloniæ* Litteræ ad Carolum Archiducem *Austriæ Episcopum Uratislaviensem &c.*

Serenissime Princeps.

Ab annis propè quingentis deducta est *in Regnum nostrum* ex Hierosolymitana Patriarchali Ecclesia eorum Religiosorum Colonia, qui Divi Augustini institutum professi, ac duplicata Cruce rubea insigniti *Custodes Sepulchri Domi-*

ni

ni dicuntur. *Sacræ hujus Familiæ* SUMMA CUM POTESTATE PRÆSES EST PRÆPOSITUS MIECHOVIENSIS, *Summorum Pontificum Auctoritate Constitutus, sparsosque per Regnum Nostrum, ac vicinos*, Hungariæ, Boemiæ, & Silesiæ *Societates, & Conventus ad suum Ius pertinere*, ex primævis vetustæ fundationis Diplomatibus, ex quibus apparet, *reliqua Cænobia ex Miechoviensis Instituti Fontibus derivata esse*. TALE *est Monasterium Nissense*, quod deductis Miechovia Fratribus à trecentis circiter annis liberalitate magnæ pietatis Thomæ tunc Episcopi Uratislavien, dotatum, & fundatum, semper, & ortus sui initia ad Monasterium Miechoviense referebat, *& Præpositum Miechovien. tamquam eum, ad cujus jurisdictionem pertinebat*, & ex instituto Ordinis, & præscripto Fundatoris sui *venerabatur &c. Varsaviæ Die* 1. *Ianuarii Anno Domini* 1624.

*Ex Cit.* Nakielski *pag.* 886.

A

B

Num. 28.

*Et anno* 1677. *alter Poloniæ Rex confirmat Pontifici, Præpositum Miechovien Ordinis S. Sepulchri fuisse semper d. Ordinis Generalem, & Caput supremum.*

Sanctissime, ac Beatissime Pater. Post oscula Pedum Sanctitatis Vestræ &c. Ante unum in circa mensem fatis functo Reverendo olim Archiepiscopo Leopoliensi, PRÆPOSITO GENERALI MIECHOVIENSI, & Frater Venerabilis Korycinski à Serenissimo Antecessore meo nominatus à Pientissimo Sanctitatis Vestræ Antecedente Clemente X. confirmatus Coadiutor cum futura successione, nulla à me jam ad dictam Præposituram egeat præsentatione, & recommendatione, nihilominus tamen, *cum liquidum sit*, PRÆPOSITUM MIECHOVIENSEM *Ordinis Canonicorum Sanctissimi Sepulchri Hierosolymitani* FUISSE SEMPER DICTI ORDINIS GENERALEM, tot publicis id testantibus monumentis, NEC GENERALATUS *Officium fuisse* alio tempore quodammodo *alteratum*, nisi eo, cum Domini Antecessores mei ad eandem Præposituram Sæculares Prælatos, per Commendam tenendam præsentaverint, ita cum idem Conventus Miechoviensis obtigit Venerabili, & Religioso Korycinski, ideo humiliter Sanctitati Vestræ supplico, *quatenus idem Religiosus, Venerabilis Præpositus Sanctitatis Vestræ Suprema Auctoritate* IN GENERALEM DICTI

A

B

*Eiusque Præpositi confirmationem in Generalem petit à S. Sede.*

*CTI ORDINIS confirmatus*, à duobus pene, & amplius sæculis possessam, *Sanctitatis Vestræ beneficio retineat Dignitatem*; cedet & hoc in Paternì affectus erga me, Regnumque meum documentum &c. *Datum Varsaviæ* 20. *Februarii* 1677.: Eiusdem Sanctitatis Vestræ obedientissimus Filius = IOANNES REX POLONIÆ.

A' tergo = SSmo in Christo Patri Domino Domino INNOCENTIO PAPÆ XI. Sacrosanctæ Romanæ, ac Vniversalis Ecclesiæ Pontifici, Dno Dno Clementissimo.

Num. 29.

*Rursus d. Præpositum Miechovien. esse Superiorem Generalem Ordinis, & Monasterium Miechoviense esse Matricem, & Caput d. Ordinis, obtestata fuit anno 1661. tum Sac. Congregatio Rituum.*

A

Ordinis Canonicorum SSmi Sepulchri.

Procurator Generalis Canonicorum Sanctissimi Sepulchri Hierosolimitani *Sacræ Rituum Congregationi* exposuit, Franciscum Carolum Houttavigij &c., Statutorum, & Privilegiorum suæ Religionis immemorem præterito anno à Sacra Congregatione *usum Rocchetti, & Mantelletti* sibi, suisque Canonicis indulgeri postulare. Propterea supplicavit declarari, *PRÆPOSITO, SEV SVPERIORI GENERALI ARCHICENOBII MIECHOVIEN. MATRICIS Monasteriorum in Europa existentium* in vim Privilegiorum competere facultatem *concedendi, tradendique Fratribus ejusdem Ordinis prædictum habitum Rocchetti, & Mantelletti. Et Sacr. Congregatio* ad relationem Eminentissimi D. Cardinalis Franciotti censuit, *non deesse SVPERIORI PRÆDICTO Authoritatem Apostolicam, qua sibi liceat præfatum habitum suis Fratribus tradere*: *Die* 12. *Martii* 1661.

I. *Episcopus Sabinen. Card. Sacchetti.*

Franciscus Maria Phebeus Sacr. Rituum Congregationis Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Sequitur legalitas &c.

Num. 30.

*Tum anno 1718. Congregatio Particularis à SSmo deputata.*

Instante *Procuratore Generali Ordinis S. Sepulchri in Polonia*, ut juxta Sacrorum Canonum dispositionem *Miechoviensis Monasterii* Cracovien. Diæcesis, QVOD EST CAPVT SUI ORDINIS, Iuribus, atque Regulari disciplinæ consulatur, quatenus Reverendissimo Christophoro Szembek à Chelmensi ad Præmislienſem Ecclesiam transferendo, illius Commen-

dæ

ex retentio concedatur: *Congregatio particularis à Sanctissimo Domino Nostro deputata*, super rebus Poloniæ censuit, quoad controversiam Iurisdictionis Commendatarii in Canonicos, eam à Iudicibus suis esse definiendam &c. Et per me infrascriptum Secretarium facta relatione, SANCTITAS SVA Congregationis Sententiam benigne probavit. Datum Romæ *die* 22. *Iunii* 1718.

*Ioseph Cardinalis Sacripantes*.

Dominicus Rivera dictæ Congregationis Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Num. 31. *Idque ipsum edixit Benedictus PP. XIV. anno* 1743.

*BENEDICTUS PP. XIV.*

Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Florianus Buydecki modernus Procurator Generalis Canonicorum Regularium S. Sepulchri sub Regula S. Augustini Congregationis Miechovien Cracovien Diæcesis, quod cum Commendatarius *Præpositura Miechovien* Ordinis, & Congregationis hujusmodi, QVÆ PRÆPOSITVRA CAPVT EIUSDEM CONGREGATIONIS EXISTIT, & in qua juxta Capitulum Concordatorum alias inter felic. record. Clementem Papam XII. Prædecessorem nostrum &c., & Charissimum in Christo Filium nostrum Fridericum Augustum Poloniæ Regem Illustrem initorum *Præpositus Generalis* ejusdem Congregationis eligi, & deputari, nominarique debet &c.

Sequitur tenor Brevis Apostolici, quod brevitatis causa omittitur = Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris *die* 1. *Martii* 1743. Pontificatus nostri Anno III.

Sequitur legalitas &c.

Num. 32. *Ac Cyrillus ipse Zuchovuski professus fuit, Conventum Miechoviensem existere Caput Ordinis SS. Sepulchri, ac Sedem esse Præpositorum Generalium*.

Amplissimo &c. Fratrum, Patrumque emeritorum Collegio &c. Præclaræ nubi Testium Resurrectionis Divini Filii: *Reverendissimo* TOTIUS *Canonicorum Sepulchri Congregationis* CAPITI, Præsuleis Insignibus exornato: *Nobilissimæ* PRÆPOSITORVM GENERALIUM *SEDI*, per Privilegia Regum, per Patriarcharum Rescripta, per Pontificum Summorum Diplomata *recognitæ*, *exemptæ declaratæ*; Loco Patriarchali, in quem Clerus, & Po-

Populus, Duces, & Principes, Reges, & Pontifices munera, beneficia, gratias, libertates &c. contulerunt &c.: Hyerusalem novæ glorioso Salvatoris Sepulchro, ad Plagas Occidentales illuminatæ: Gratiosissimæ *Omnium,*
A *quasquas Canonici Sancti Sepulchri per Poloniam, Hungariam, Silesiam, Boemiam, Germaniam, Gallias, & Hispanias* feliciter administrant, *Ecclesiarum MATRI*: Perenni paternarum benedictionum &c. Fonti, CONVENTVI GENERALI MIECHOVIENSI per Iaxam Gryphium ad annum Domini 1162.
B *erecto*, per Mattheum Episcopum Cracovien constituto, per Boleslaum Monarcham Polonorum protecto, per Monachum Patriarcham Hierosolimitanum *approbato*, per Alexandrum III. Pontificem *confirmato*, ab omnibus tandem superiorum ætatum Principibus, Regibus, & Pontificibus Summis amato &c., à *Martino Primo Canonicorum Sancti Sepulchri in Polonia Fundatore, Institutore, & PRÆ-*
C *POSITO GENERALI usque ad hodiernum MATTHÆUM Primum Præsulem*, eruditione quidem illustrem, at probitate illustriorem &c. florentissimo, *Cyrillus Martinus Zuchowski* Canonicus S. Sepulchri, *in eodem Sacr. Conventu* Philosophiæ Professor, ob gratitudinis æternæ memoriam singularem, omnes hosce Philosophicos conatus, studia &c. *consecrat, submittit, offert.*

Concordat de verbo ad verbum cum Libello typis impresso Cracoviæ *Anno* 1768. diebus Novembris, ex quo transumptum est &c.

Servatius Dobrzynski Sac. Authoritate Apostolica Notarius &c.

Num. 33.
*Episcopi omnes Poloniæ, & præsertim Cracovienses in omnibus actibus recognoverunt semper in Præposito Miechoviensi Præpositum Generalem Ordinis.*

Paulus Dembski &c. Vicarius in Spiritualibus, & *Officialis Generalis Cracoviensis*: Honorandis Viris &c. Noveritis, quia nos &c. ad præ- A
sentationem *A. R. Domini Simonis Thurski PRÆPOSITI GENERALIS, totiusque Conventus Monasterii Miechovien. &c.* instituendum, ac investiendum esse duximus &c. &c. Datum Cracoviæ *die* 15. *Mensis Maii Anno* 1610. *&c.*

*Paulus Dembski Officialis Generalis Cracovien.* manu propria.

Loco ✠ Sigilli.

Pe-

Petrus Tylicki *Episcopus Cracovien* &c. Honorandis Viris &c. Noveritis, quia Nos &c. Religiosum Ioannem Brathovvski &c. per Illustrem, & *Rev. D. Henricum Fisleii &c. Canonicorum Regularium SS. Sepulchri Conventus Miechovien PRÆPOSITVM GENERALEM*, Samuelem Nakielski Custodem &c., totumque Conventum Miechovien &c. præsentatum &c. instituendum duximus &c. Datum Ilzæ *die 25. Augusti* 1614. A

*Petrus Episcopus Cracovien.*

Loco ✠ Sigilli.

Ioannes Zerzinski &c. Vicarius in Spiritualibus, & *Officialis Generalis Cracovien.* Noveritis, quia Nos &c. Religiosum P. Stanislaum Coccinium Ordinis S. Sepulchri &c. ad præsentationem *Admodum Rev. D. Matthiæ Lubiensk-PRÆPOSITI GENERALIS*, *totiusque Conventus Fratrum Monasterii Miechovien* instituendum &c. duximus &c. Datum Cracoviæ *die 7. Novembris* 1620. B

*Ioannes Zerzinski Officialis Generalis Cracovien.*

Loco ✠ Sigilli.

Nicolaus Oborski &c. *Officialis Generalis Cracoviensis*; Honorandis Viris &c. Noveritis, quia nos &c. Albertum Kovvalski Ordinis Canonicorum Sancti Sepulchri Hierosolymitani Professum *per Reverendissimum Dominum Albertum Korycinski PRÆPOSITUM GENERALEM*, tum & Religiosos Custodem &c., *& Fratres Conventus Miechovien.* præsentatum &c. instituendum &c. esse duximus &c. Datum Cracoviæ die 23. Septembris anno 1676. C

Nicolaus Oborski Suff. Cracovien.

Loco ✠ Sigilli.

Michael Szembek &c. *Officialis Generalis Cracoviensis*. Honorandis &c. Noveritis, quia Nos &c. R. Stanislaum Stempkovvski prædicti Conventus Miechovien. Custodem &c. *per Reverendissimum Dominum Theodorum VVolff &c. Canonicorum Regularium Sanctissimi Sepulchri Hierosolymitani PRÆPOSITUM GENERALEM Miechovien. &c.* præsentatum &c. instituimus, & investimus &c. Datum Cracoviæ 12. *mensis Decembris* 1711. D

Mi-

Michael Szembek Officialis Generalis Cracoviensis.

Loco ✠ Sigilli.

E Stanislaus Josephus de Bezdan Hosius &c. Sede Vacante Episcopatus Cracovien. Generalis Administrator, Honorandis &c. Noveritis, quia Nos &c. Reverendum Petrum Gogolinski &c. per Illustrissimum Dominum *Christophorum Joannem Szembek Conventus Miechovien. Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sanctissimi Sepulchri PRÆPOSITUM GENERALEM Miechovien. &c.* præsentatum &c. instituimus &c. Datum Cracoviæ, die 5. mensis Martii 1720.

S. Hosius &c. Administrator Generalis Cracovien. manu propria.

Loco ✠ Sigilli.

F Michael VVodziki &c. *Officialis Generalis Cracovien.* &c. Noveritis, quia Nos &c. Venceslaum Muratovvicz Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sanctissimi Sepulchri *per Admodum Reverendum Stanislaum Stempkovvski Ordinis Sanctissimi Sepulchri PRÆPOSITUM GENERALEM* præsentatum &c. investiendum esse duximus &c. Datum Cracoviæ die 21. Aprilis 1739.

Michael VVodzicki Officialis Generalis Cracovien.

Loco ✠ Sigilli.

G Michael VVodziki &c. *Officialis Generalis Cracovien. &c.* Noveritis, quia Nos &c. Reverendum Valentinum VVscilovvski &c. capitulariter electum, & per *Admodum Reverendum Jacobum Radlinski ejusdem Ordinis* PRÆPOSITUM GENERALEM præsentatum &c. instituendum esse duximus &c. Datum Cracoviæ die 2. Junii 1744.

Michael VVodzicki Officialis Generalis Cracovien.

Loco ✠ Sigilli.

H Martinus Zeromski &c. *Officialis Generalis Cracovien.* &c. Honorandis &c. Noveritis, quia Nos &c. Reverendum Silvestrum Jandecki dicti Ordinis capitulariter electum, ad præsentationem *Reverendissimi Domini Jacobi Radlinski dicti Ordinis* PRÆPOSITI GENERALIS *Infulati*, totiusque Capituli &c. instituimus &c.

Da-

Datum Cracoviæ &c. die 30. mensis Martii anno 1748.

Martinus Zeromski Officialis Generalis Cracovien.

Loco ✠ Sigilli.

Dominicus Josephus Kielczevvski &c. *Officialis Generalis Cracoviensis* &c. Noveritis, quia Nos &c. Reverendum Cajetanum Skovvronski ejusdem Ordinis Professum, *per Reverendissimum Jacobum Radlinski Ordinis Canonicorum Regularium Sanctissimi Sepulchri* PRÆPOSITUM GENERALEM, *totumque Conventum Miechovien.* capitulariter electum, & præsentatum &c. instituimus &c. Datum Cracoviæ die 7. mensis Julii 1757. I

Christophorus Zzembech &c. Judex delegatus manu propria.

Loco ✠ Sigilli.

Idem de Præposito Generali anno 1757. &c. 25. Octobris.

Dominicus Josephus Kielczevvski &c. *Officialis Generalis Cracovien. &c.* Noveritis, quia Nos &c. Reverendum Augustinum Folegaovvicz ejusdem Ordinis Professum &c. *per Admodum Reverendum Jacobum Radlinski prædicti Ordinis* PRÆPOSITUM GENERALEM, *totumque Conventum Miechovien.* præsentatum &c. instituendum esse duximus &c. Datum Cracoviæ die 25. Octobris 1757. K

Andreas Potockì Iudex surrogatus.

Loco ✠ Sigilli.

Franciscus Potkanski &c. *Officialis Generalis Cracovien. &c.* Noveritis, quia Nos &c. Reverendum Victorinum Skalski Ordinis Sanctissimi Sepulchri Conventus Miechovien. Professum, per *Reverendissimum Florianum Buydecki dicti Ordinis, & Conventus Miechovien.* GENERALEM PRÆPOSITUM, *totumque eumdem Conventum &c.* præsentatum &c. instituimus &c. L

Datum Cracoviæ die 14. Martii 1763.

Franciscus Potkanski Officialis Generalis Cracovien.

Loco ✠ Sigilli.

Franciscus Potkanski &c. *Officialis Generalis Cracovien. &c.* Noveritis, quia Nos &c. R. Fausti- M

num Rutowicz ejusdem Ordinis Professum &c. capitulariter electum, *& per Reverendissimum Matthæum Buydecki prædicti Ordinis, & Conventus Miechovien.* GENERALEM PRÆPOSITUM, *totumque Capitulum Miechovien.* præsentatum &c. instituendum esse duximus &c. Datum Cracoviæ die 15. Februarii 1766.

F. Potkanski Officialis Gen.

Loco ✠ Sigilli.

N

Franciscus Potkanski &c. Officialis Generalis Cracovien. &c. Noveritis, quia Nos &c. Reverendum Alexandrum Gajewski ejusdem Ordinis Professum &c. *per Reverendissimum Matthæum Buydecki prædicti Ordinis, & Conventus* GENERALEM PÆPOSITUM præsentatum &c. instituendum esse duximus &c. Datum Cracoviæ 17. Julii 1771.

Ignatius Brenkeski Judex Surrogatus.

Loco ✠ Sigilli.

O

*Sic etiam Archiepiscopi Gnesnenses, eorumque Officiales Generales obtestati sunt.*

Petrus Orlowvius &c. Officialis Gnesnensis Generalis &c. Noveritis, quia Nos Reverendum Sebastianum Zaborski Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sanctissimi Sepulchri &c. *per Reverendissimum Dominum Petrum Gembicki Ordinis prædicti* GENERALEM CONVENTUS *Miechovien.* PRÆPOSITUM *&c.* præsentatum &c. instituendum &c. esse duximus &c. Datum Gnesnæ 27. Martii 1637.

Petrus Orlowvius &c. Officialis Gnesnen. Generalis.

P

Simon Koludzki &c. Sede Vacante Archiepiscopatus Gnesnen. Administrator &c. Noveritis, quia Nos &c. Reverendum Paulum Kadziolcium dicti Ordinis Professum &c. *per Reverendissimum Dominum Joannem Gembicki &c. Ordinis, & Conventus Miechovien.* PRÆPOSITUM GENERALEM præsentatum &c. instituendum esse decrevimus &c. Datum Gnesnæ 19. Februarii 1653.

Loco ✠ Sigilli.

Q

Joannes Branecki &c. *Officialis Generalis Gnesnen. &c.* Noveritis, quia Nos ad Ecclesiam Grodziscen. &c. morte Religiosi Pauli Wyssogradiensis Ordinis Sanctissimi Sepulchri Conventus Miechovien. &c. vacantem, Reverendum Albertum Ordinis, & Conventus ejusdem Professum &c. *per Illustrissimum, ac Reverendissimum Dominum D. Carolum Ferdinandum &c.*

præ-

*prædicti Conventus* GENERALEM PRÆPOSITUM præsentatum &c. instituendum esse duximus &c. Datum Gnesnæ 21. Aprilis 1655.

Joannes Chrisostomus Bodzenta surrogatus Officii Judex.

Loco ✠ Sigilli.

R

Alexander Nicolaus Gorzenski &c. Officialis Generalis Gnesnensis &c. Noveritis &c., quia Nos &c. post liberam resignantionem A. Rev. Uladislai Kapuscinski Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sepulchri Christi &c. A. Rev. Stanislaum &c. per *Illustrem, & Admodum Reverendum* GENERALEM, *Custodem*, *totumque Conventum Miechovien. præfati Ordinis* præsentatum &c. instituendum esse duximus &c. Datum &c. die 13. mensis Januarii 1740.

Alexander Gorzenski Officialis Generalis Gnesnen.

Loco ✠ Sigilli.

S

*Sic etiam Episcopi Præmislienses.*

Mathias Wyszemirski &c. *Officialis Generalis Præmislien. &c.* Noveritis, quia ad præsentationem *Reverendissimi Domini Andreæ Bathoræi &c.* PRÆPOSITI GENERALIS *Fratrum Sanctissimi Sepulchri Domini Hierosolymitani &c.* Fr. Adamum Jedlemen. Conventus Miechovien. Professum &c. instituimus, ac investivimus &c. Datum Præmisliæ 14. Januarii 1598.

Loco ✠ Sigilli.

T

Stanislaus Sarnowski &c Episcopus Præmisliensis &c. Noverit F. T., quia Nos &c. Rever. P. Christophorum Gembich Ordinis Canonicorum Sanctissimi Sepulchri &c. ad præsentationem Reverendissimi Domini Alberti Korycinski PRÆPOSITI GENERALIS Miechovien. &c. instituendum &c. esse duximus &c. Datum Brzozoviæ die 3. Junii 1671.

Stanislaus Sarnowski Episcopus Premislien &c.

Loco ✠ Sigilli.

V

Valentinus Alexander Czapski &c. Episcopus Præmislìesis &c. Noveritis &c., quia Nos &c. A. Rev. Josephum Drozdowski &c. per Illustrem Reverendum Dominum Stanislaum Stempkowski PRÆPOSITUM GENERALEM, tum etiam Conventum Generalem Miechovien. ejusdem

demOrdinisCanonicor. Regular. præsentatū &c. investiendum esse duximus &c. Datum die 6. Novembris 1739.

Valentinus Alex. Episcopus.

Loco ✠ Sigilli.

Z Venceslaus Hieronymus Sierakowski &c. Episcopus Præmisliensis &c. Noveritis, quia Nos ad Ecclesiam &c. Ordinis Canonicorum Regularium Sanctissimi Sepulchri &c. Rev. Adalbertum Solechi &c. per Reverendissimum Jacobum Radlinski PRÆPOSITUM GENERALEM nobis præsentatum &c. instituendum &c. esse duximus &c. Datum Brzozovie die 28. Januarii 1752.

Venceslaus Episcopus.

Loco ✠ Sigilli.

AA

*Sic quoque Episcopi Plocenses.*

Stanislaus Lubienski &c. *Episcopus Plocensis &c.* Noveritis, quia Nos ad Parochialem Ecclesiam in Gorzno &c. P. Joannem Gregorium Ordinis SS. Sepulchri Professum &c. per *Reverendissimum Dominum Achacium Grochovvski &c. PRÆPOSITUM GENERALEM*, & Mathiam Slivvski Custodem suo, & totius Capituli nomine Conventus Miechovien. &c. nobis præsentatum &c. instituimus &c. Datt. Viscoviæ *die* 12. *Octobris* 1630.

Joannes *K*rajevvski Actorum Curiæ suæ Cels. Notarius.

Loco ✠ Sigilli.

BB Albertus Tholibovvski &c. *Officialis Generalis Plocensis &c.* Noveritis, quia nos &c. Rev. Gasparum Sivvinski Canonicorum Regularium SS. Sepulchri Conventus Miechovien. Professum, *per Reverendissimum D. Joannem Gembicki ejusdem Conventus GENERALEM PRÆPOSITUM &c.* præsentatum &c. instituimus &c. : *Datum Plociæ die* 1. *Aprilis* 1650.

*Albertus* Tholibovvski *Vicarius in Spiritualibus Plocen.*

Loco ✠ Sigilli.

CC Casimirus Rokitnicki &c. *Officialis Generalis Plocensis &c.* Noveritis, quia Nos A. R. Alexium Glovvachi Ordinis Canonicorum Regularium Sanctissimi Sepulchri &c., *per Illustrem, ac Admodum Reverendum Jacobum Radlinski PRÆPOSITUM GENERALEM &c.* præsen-

sentatum &c. instituimus, ac investimus &c. *Datt. Plociæ 29. Martii 1754.*

*C. Rokitnicki Officialis Plocensis.*

Loco ✠ Sigilli.

DD

Casimirus Rokitniki &c. Officialis Generalis Plocen. &c. Noveritis, quia Nos &c. Rev. Jo: Kedzierski ejusdem Ordin. Canonicum &c. *per Rmum Matthæum Buydecki Ordin. Canonicorum Regularium SS. Sepulchri PRÆPOSITUM GENERALEM totumque Conventum Miechovien.* præsentatum &c. instituimus &c.. *Datum Plociæ 27. Junii 1768.*

*C. Rokitnicki Officialis Generalis Plocen.*

Loco ✠ Sigilli.

EE

*Necnon etiam Episcopus Posnaniensis*

Petrus de Czekarzevvice Tarlo *Officialis Generalis Posnaniæ &c.* Noveritis, quia &c. Adm. R. Cyprianum &c. *per Rmum D. Christophorum Joannem Szembek Ordinis Canonicorum Regularium Sanctissimi Sepulchri PRÆPOSITUM GENERALEM Miechovien.* præsentatum &c. instituit, ac investivit &c. *Dat. 17. Junii 1720.*

Francifcus *Kaznovvski* Judex Surrogatus Consistorii Posnanien. manu propria.

Loco ✠ Sigilli.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

Num. 34.

*Sic rursus de Præposito Generali Miechovien. retulit sua in Informatione Sac. Congregationi Concilii Rmus Nuncius Apostolicus Poloniæ* anno 1747.

Repentini calamitas incendii, quo *PRÆPOSITUS GENERALIS, & Monasterium Canonicorum Regularium Custodum Sancti Sepulchri Hierosolymitani* per supplicem libellum *Sacræ Congregationi Concilii* exposuerunt, *ipsorum Ecclesiam, & Monasterium* cum universa supellectili sub die 19. Aprilis anno 1746. *in Oppido Miechoviensi* conflagratum extitisse, iisdem occasionem, causamque præbuit petendi ab Episcopo Camenecensi Præposito Commendatario Miechoviensi pro reædificandis, reparandisque omnibus ignis violentia combustis subsidiariam contributionem, tertiam nempe partem fructuum, quos ex Commenda prædicta Episcopus percipit &c.

A

3. Petitionem profecto suam memorati Oratores *PRÆPOSITUS GENERALIS, & Monasterium prædictum Canonicorum Regularium* hisce fulciunt rationibus &c.

 6. Præ-

B 6. Præterea quia proventus nonnullarum Villarum, quas Domus, & *Monasterium Miechoviense* possidet, quarum elenchus ponitur in supplemento ab eodē *PRÆPOSITO GENERALI* ad me transmisso pene sufficiant pro Mensa Conventuali Domus Miechoviensis, & pro consuetis indigentiis ordinariis conservationis Ecclesiæ &c.

C 11. Fundamentis hisce memorati *PRÆPOSITUS GENERALIS*, & *Monasterium Miechoviense Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sancti Sepulchri Hierosolymitani* Diœcesis Cracovien. suam fulciunt petitionem &c.

32. Hæc sunt animi mei sensa, quæ subjicio saniori prudentiæ, & judicio Congregationis S. R. E. Cardinalium Sac. Concilii Tridentini Interpretum &c., summoque cum obsequio maneo.

E. V.

*Dresdæ 6. Februarii 1747.*
*Humus Addictmus Servus*
*N. Archiepiscopus Nicenus.*

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

Num. 35. *Idque ipsum confirmavit eidem Sac. Congregationi in sua Informatione nominatus Eiscopus Cracoviensis, obestans rursus, Conventum Miechoviensem esseCaput Ordinis.*

Calamitas repentini incendii, quo *PRÆPOSITUS GENERALIS, ET UNIVERSUS ORDO Canonicorum Regularium Custodum Sancti Sepulchri Hierosolymitani* per supplicem libellum Sacræ Congregationi Concilii oblatum exposuerunt, conflagrasse *ipsorum Ecclesiam*, & *Monasterium* in Oppido *Miechovia* Diœcesis Cracovien. cum universa suppellectili &c., iisdem occasionem præbuit petendi ab Episcopo Camenecen. Commendatario Præposito Miechovien. pro reædificandis, reparandisque iis omnibus, quæ ignis violentia consumpsit, contributionem subsidiariam *a Sacra Congregatione* taxandam ex proventibus, quos ex Commenda percipit.

2. Misit ad me Sacra Congregatio supplicem libellum pro Informatione, & Voto, audito Episcopo Commendatario; Ut igitur Mandatis faciam satis, utriusque Partis rationes primum

mum exponam; deinde animi mei sensum aperiam &c.

7. Ad hæc quod inter Bona Commendata sint multa, quæ industria *PRÆPOSITORUM GENERALIUM* pro tempore, & Capituli empta fuerunt ex Ærario Domus &c.

11. Hisce fundamentis *PRÆPOSITUS GENERALIS MIECHOVIEN.*, *& universus Ordo Canonicorum Regularium Custodum Sancti Sepulchri Hierosolymitani* suam fulciunt petitionem &c.

24. Quoniam vero animi mei sententia exquiritur, illam reverenter exponam. Tametsi Episcopi fundamenta rationi congrua sint &c., pro sua tamen eximia pietate non invitum durante Commenda *IN ECCLESIA MIECHOVIEN.*, *QUÆ CAPUT ORDINIS EST &c.*

27. Hæc sunt animi mei sensa, quæ subjicio saniori judicio, & prudentiæ *Sacræ Congregationis &c.*, manus reverenter deosculor.

Eminentiæ Vestræ = *Cracoviæ die* 17. *Novembris* 1747.

Devotissimus, & Obs. Servus.

*ANDREAS EPISCOPUS CRACOVIEN.&c.*

Ex Relatione Status Ecclesiæ transmissa ad Sacram Congregationem Concilii de *Anno* 1751 a bon. mem. *Andrea Episcopo Cracoviensi* occasione Visitationis Sacrorum Liminum inter alia hæc habentur.

*Canonici quoque Regulares Custodes*, ut vocantur *Sepulchri* Domini *habent CAPITALEM CONVENTUM in Miechovia CUM PRÆPOSITO TOTIUS ORDINIS GENERALI*; alter est Commendatarius, Item tres Domos particulares, videlicet Stradomiæ ad Cracoviam, in Oppido Bythom in Silesia, & in Oppido Niaryszovv &c.

Ita reperitur in Libro Relationum Statuum Ecclesiarum existen. in Archivio Sacræ Congregationis Concilii signatum foris= Cracovien. = In quorum fidem &c. = Datum Romæ hac die 13 Januarii 1777.

Ita reperitur=F. Carrara Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

A

B

Num. 36.
*Et in relatione Status Ecclesiarum transmissa ad d. Congregationem idem Episcopus Cracovien obfirmavit, Conventum Miechovien esse Capitalem, ibique Præpositum existere totius Ordinis Generalem.*

Num. 37.
*In Ipsis Concordatis initis inter S. Sedem, & Ser. Poloniæ Regem fuit expressè præscriptum, quod in Miechoviensi Præpositura esse debeat Præpositus Generalis totius Ordinis Canonicorum SS. Sepulchri.*

Ex Concordatis initis *anno* 1737. inter *san. mem. Clementem XII.*, & *Augustum Regem Poloniæ relat. per Rigant. ad Regul.* 2. *Cancellar.* §. 2. *pag.* 254. = *ARTIC.* 6. ibi =

A

Firmata divisione, *ac totali independentia* ab Abbatibus Commendatariis, cum indifferens Serenissimo Regi, & Reipublicæ futurum esse debeat, quod in Monasteriis Commendatis constituantur Abbates Claustrales, seu Priores ad triennium, statuet super hoc Sancta Sedes id, quod assumptis necessariis informationibus, monasticæ Disciplinæ uniformius existimabit; *Declarando tamen de præsenti, quod in Monasteriis ORDINUM CAPITIBUS*, seu in Congregationem non unitis esse debeant Abbates Claustrales, & in *Miechoviensi Præpositura PRÆPOSITUS GENERALIS.*

B

*Idque fuit recognitum, & acceptatum ab ipso Cracoviensi Episcopo, cæterisque Poloniæ Episcopis, qui dicta Concordata subscripserunt.*

Quæ omnia vigore Plenipotentiarum nostrarum conclusa, & approbata propriis nostris manibus subscripsimus, & Sigillis nostris communivimus.

Datum Fraustadii *die* 10. *Iulii* 1737.

*Ego Camillus Paulutius Archiepiscopus Iconiensis Nuntius Apostolicus.*

*Nicolaus Vyzycki Archiepiscopus Leopoliensis.*

*Ioannes Lipski Episcopus Cracoviensis.*

*Christophorus Antonius Szembeck Episcopus Vladislavien.*

*Antonius Sebastianus Dembovvski Episcopus Plocensis.*

*Franciscus Kobielski Episcopus Camenecensis.*

*Constantinus Moszynski Episcopus Livoniæ.*

*Andreas Zaluski Episcopus Luceoriensis.*

*Ioannes Comes Sapieha Cancellarius Magni Ducatus Lithuaniæ &c.*

Num. 38.
*Decreto Officialis Generalis Gnesnen. anno 1510. fuit canonizata exemptio nostri Ordinis a jurisdictione Ordinarii.*

*Anno Domini 1510. die 19. Februarii.*

*In Causa Religiosi Ioannis de Luthomisko Ordinis Fratrum Regularium Sepulchri Domini* contra Vener. D. Michaelem de Jaslo Præpositum S. Joannis extra muros Gnesnen. Ordinis præscripti &c. Et ibidem *Dominus Vicarius Generalis Gnesnen.*, non obstante allegatione, & appellatio-

tione sua, *Partes remisit ad Superiorem eorum TAMQUAM EXEMPTOS*: Præsentibus Notariis Consistorialibus.

Ex Actis Officii Consistorialis Generalis Gnesnen. extractum &c.

*Ex cit. Summario Rotali in Causa Gnesnen. Conventualitatis num. 49. lit. C.*

*Anno Domini 1631. &c. Die 24. Octobris &c.*

Num. 39. *Et altero item Decreto edito anno 1631. a Commissariis deputatis per Archiepiscopum Gnesnen. fuit confirmata eadem Exemptio, producta in id Bulla Urbani IV., de qua supra num. 5.*

Martinus Kotlevvski &c. nomine &c. quemadmodum ante aliquot dies *coram Illustrissimo &c. Domino Joanne Vvenzigh &c. Archiepiscopo Gnesnen. &c.*: ita nunc coram Illustribus &c. Gnesnensibus Canonicis, suę Illustrissimæ, & Reverendissimæ Celsitudinis &c. Commissariis &c. In & contra &c. Rever. D. Alexandrum Zbikovvski &c. Ecclesię, & Conventus S. Joannis extra muros Præpositum, subditosque ipsius &c. petens &c. inhiberi &c. *Reverendus vero Præpositus S. Ioannis* citra omnem litis contestationem &c. *adduxit BULLAM URBANI IV. Pontificis Maximi &c., per quam a Iurisdictione Illustrissimi &c. Domini Archiepiscopi Gnesnen est exemptus, se in Judicio præsenti forum pati non posse*, neque Parti Actoreæ quidquam respondere &c. teneri deduxit &c.

Et *Illustres DD. Commissarii* supranominati &c. Reverendum *Dominum Præpositum S. Ioannis*, ex quo nihil a parte Actorea contra ipsius exceptionem fori &c. sit replicatum, in Judicio præsenti *Forum pati non posse &c., & a termino præsenti liberum pronuntiari debere &c.* sua ad præmissa omnia &c. mediante Sententia &c. Acta sunt hæc Gnesnæ Anno &c. die &c. quibus supra &c. præsentibus &c.

Sequitur legalitas &c.

*Ex eodem Summar. Rotal. num. 48. litt. C.*

*Anno 1747. die 13. Novembris* Varsaviæ.

Num. 40. *Eadem Exemptio Canonicorum Regularium SS. Sepulchri Miechovien. fuit quoque in Contradictorio Iudicio recognita, & ca-*

Pro Perillustri &c. Floriano Buydecki *Ordinis Canonicorum Regularium Sepulchri Hierosolimitani Custodum* Canonico Gnesnen. ad Ecclesiam S. Joannis ibidem Præposito tum Religiosis, ac Deodicatis Abbatissa, & Conventu Ordinis

*nonizata an. 1747. per Decretum Tribunalis Nunciaturæ Apostolicæ Poloniæ.*

S.Francisci, dictæ Civitatis Gnesnen. contra Reverendissimum Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnen.

Coram Perillustri &c. Domino Vincentio Butio &c. *Reverendissimi Domini &c. Alberici ex Comitibus de Archinto &c. in Regno Poloniæ &c. Nuntii Generali Causarum Auditore &c.* comparuit Generosus Hiacinthus Marchovvski *Admodum Rev. Floriani Buydecki Ordinis Canonicorum Regularium SS.Sepulchri &c.* Procurator in termino ex remissione per DD. Commissarios *authoritate Ordinaria* deputatos super exceptionibus declinatoriis ad Tribunal præsens Apostolicum facta &c., *productis Privilegiis exemptionis suorum Principalium a Iurisdictione Ordinaria*, tum adhærendo dispositioni Sacri Concilii Tridentini, Actum DD.Commissariorum *authoritate Ordinaria* ad discernendos limites inter Bona suorum Principalium Iczierzanii ad Ecclesiam S.Joannis, & Strzyzevo ad Conventum Monialium spectantia, atque bona, seu fundos præfati Capituli Ecclesię Metropolitanæ Gnesnen. informiter, & subreptitie deputatorum formatum tanquam præjudiciosum, Exemptionis a Jurisdictione Ordinaria convulsivum &c. cassari postulavit &c.

A

B

*Ex parte R mi Præpositi Generalis fuerunt productæ in d. Tribunali Nunciaturæ Bullæ Apostolicæ Urbani IV., Gregorii XI., Eugenii IV., Pii II., Iulii II., Leonis X., aliorumque Summorum Pontificum, de quibus supra.*

Præsente Generoso Ignatio Ludovico Novicki *Reverendissimi Iacobi Radlinski Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sepulchri Christi PRÆPOSITI GENERALIS* Procuratore &c. providendo integritati Jurium, ac *Privilegiis exemptionum a quavis Iurisdictione Ordinaria* ordinis sui servientibus &c. protestandoque &c. *Ordinem sui Principalis* tamquam *a quavis Iurisdictione Episcopali Ordinaria*, tam decretis Concilii Tridentini &c. *exemptum*, quam *Bullis Summorum Pontificum Vrbani IV.* Anno 1261. nonis Novembris &c. edita, ubi *Canonicos Regulares S.Sepulchri Congregationis Miechoviensis, ac eorum Conventus, Ecclesias, ac bona ab omni Locorum Ordinariorum Iurisdictione*, eosque soli Patriarchæ Hierosolimitano, subesse declarat, *Martini II.* Anno 1281. 5. Idus Maii &c. *Clementis V.* Anno 1312. 4. Idus Octobris &c. *Gregorii XI.* de data Avenione II. Kal. Maii 1370. &c., *Pii II.* de data Mantuæ 4. Idus Septembris Anno 1459., complectentem Bullam

*Eu-*

*Eugenii IV.*, quæ incipit Universalis Ecclesiæ, *Iulii II.* Anno 1505. 13. Idus Aprilis Romæ apud Sanctum Petrum quæ incipit = Cum a nobis petitur, *Leonis X.* Anno 1520. die 11. Martii &c. quæ incipit = *Dudum Felicis recordationis Urbanus Papa IV.*, quæ omnes Bullæ, *Bullam Urbani IV. confirmant*, Privilegiisque amplioribus augent, *a quavis Iurisdictione Ordinaria* etiam cum Bonis Privilegiatum, & liberum, circa eadem Privilegia manuteneri, & conservari, attentata quævis uti nullitate laborantia cassari, inhibitionem in actu Commissionis, per Commissarios nullam Jurisdictionem habentes appositam &c. circumscribi &c. postulante salvo &c. *Præsente* quoque Gen. *Ioanne Nepomuceno StominsKi supradicti Reverendissimi Capituli Gnesnensis Procuratore* salvis &c., ac protestante &c. Causam eamdem ad Judicium Commissoriale a quo pro ulteriori exequutione remitti &c. postulante salvo &c.

C

D

Qui *Reverendissimus Dominus Auditor Generalis* sedens &c. Auditis &c., *circumscripto Decreto Iudicii a quo EX DEFECTU JURISDICTIONIS nulliter lato*, *mandavit in Tribunali præsenti per Procuratorem Capituli Gnesnen. si quid habet contra Recurrentes proponi* ad primam Juris, & ita &c. omni &c. A' quo Decreto suprascriptus Generosus Stominski ad Sanctam Sedem Apostolicam appellavit salvo &c., & Reverendissimus Dominus Auditor Generalis qui supra hujusmodi appellationem refutavit; Et ita &c. omni &c.

*Decretum d. Tribunalis Nunciaturæ.*

Ex Protocollo Actorum Nunciaturæ Apostolicæ extractum &c.

Stephanus Schovvarzinski publicus &c. Notarius, & Actorum Nunciaturæ Apostolicæ suprascriptæ Cancellarius manu propria.

Loco ✠ Sigilli.

E

Actum anno 1775. die 29. Julii = In eodem Definitorio personaliter comparentes admodum RR. Patres *Stanislaus Moszynski* Conventus Generalis Miechovien Decanus, *Raymundus Vabrecius* Penitentiarius, & *Stanislaus Cercka* Præpositus Zarnovecen interrogati fuere, & requi-

Num. 41.

*Affirmant annosi, & informati Testes, nec Episcopos Cracovienses, nec eorum Officiales ullum unquam*



siti

*Jurisdictionis actum exercuisse in Ecclesiam Miechoviensem, & in Canonicos Regulares exercentes curam animarum in d. Ecclesia, nec per eosdem fuisse unquam visitatam d. Ecclesiam.*

siti Primo, *utrum viderint, vel audiverint, Decanum Foraneum aliquando exercuisse Jurisdictionem suam in Ecclesiam Parochialem, & Conventualem Miechovien, & Personas exercentes Curam Animarum in eadem Ecclesia*: Secundo Utrum viderint, vel audiverint, *per eundem Decanum, aut Archidiaconum Cathedralem Cracovien aliquando visitatam fuisse Ecclesiam Conventualem, & Parochialem Miechovien*: Tertio: Utrum viderint, vel audiverint, ab eodem Decano via Cursoria directos fuisse Processus ad Ecclesiam Conventualem, & Parochialem Miechovien: Quarto: Utrum viderint, vel audiverint aliquando a Decano *requisitas fuisse Personas in Ecclesia Conventuali, & Parochiali Miechiovien Curam Animarum exercentes pro adeundis Conferentiis, seu Congregationibus*, & utrum eædem Personæ exercentes curam Animarum in dicta Ecclesia aliquando iisdem conferentiis, seu Congregationibus Decanalibus adfuerint.

A Ad quæ Interrogatoria reposuit, & deposuit tacto pectore primus admodum *R. P. Stanislaus Moszinski* Decanus ætatis *annorum* 72. Religionis vero *annorum* 54., idque *ad primum respondit, se dictum exercitium Jurisdictionis nec advertisse, nec a quopiam*, quod in praxi fuerit, *audivisse*: Ad secundum respondit, *nec a Decano, nec ab Archidiacono Cracovien visitatam fuisse Ecclesiam Conventualem, & Parochialem Miechovien*, id bene scio, *nec dictam visitationem aliquando fuisse peractam audiri*: Ad tertium respondit, nec audivi, nec adverti. *Ad quartum respondit, id nunquam in praxi fuisse.*

B Secundus admodum *R. P. Raymundus Vabrecius* Penitentiarius ætatis *annorum* 67. Religionis 45. ad Primum respondit, Decanum Foraneum *nullam Jurisdictionis suæ unquam in Ecclesiam nostram Conventualem, & Parochialem exercuisse potestatem, imo nequidem in Personas Curam Animarum exercentes, nec de tali exercitio Jurisdictionis se audivisse aliquando; Ad secundum respondit; quantum memoria mea attingere possum, hoc nunquam observavi, nec audivi, visitatam aliquando fuisse a quopiam Visitatore Jurisdictionis Episcopalis Ecclesiam nostram*

Con-

*Conventualem*, & *Parochialem Miechovien*; & adiecit, quod cum p. m. Reverendissimus Konicki Suffraganeus, & Officialis Generalis Cracovien visitans Ecclesias circum circa Territorium Miechovien jacentes venisset quoque animo visitandi Ecclesiam nostram, recordor, protinus ad eundem a Reverendissimo Stanislao Stempkovvski protunc Custode Generali missum fuisse admodum R. D. Cajetanum Schovronski *cum Juribus*, & *Privilegiis Ord. nostri*, cum quibus cum dicto Reverendissimo Visitatori occurrisset in præsentia mei admodum Reverendus Cajetanus Sckouronscki, petiissetque, *ne Juribus*, & *Privilegiis nostris in aliquo puncto præjudicare vellet*, atque ut Ideo abstineret ab intentata visitatione, *Reverendissimus Visitator*, *visis*, & *auditis Privilegiis*, & *Juribus Ordinis nostri*, respondit, *se nolle unquam præjudicare iisdem*, atque ideo *non jam venisse animo exercendæ Jurisdictionis*, sed gratia amicabilis Visitationis Reverendissimi Custodis Generalis. Ad tertium respondit, me id non advertisse. Ad quartum respondit, *nunquam fuisse vocatas Personas Curam animarum in Ecclesia nostra exercentes a Decanis ad conferentias*, *seu Congregationes*.

Tertius *Stanislaus Cercka* Præpositus Zarnovecen ætatis suæ *annorum* 70. Religionis 43. *ad primum*, *secundum*, *tertium*, & *quartum respondit NEGATIVE*.

Extractum ex Protocollo Actorum Conventus Generalis Miechovien, & sigillo munitum per me Raphaelem Szlenkievicz &c Actuarium ejusdem Conventus Generalis Miechovien manu propria.

Locus ✠ Sigilli.

Num. 42.

*Ac de nunquam peracta Visitatione Ecclesiæ Miechoviensis per Episcopos Cracovienses, sive eorum Vicarios, aliosque Prælatos, obtestantur septuagenarii Cives Miechovienses.*

Præsenti publico Instrumento &c. Cunctis pateat, quomodo *Anno* 1776. *die* 11. *mensis Septembris* coram me Notario infrascripto, Testibusque infranominatis personaliter constituti, Famati *Cives Miechovienses Christophorus Miszkieviez annorum* plusquam 70., qui asseruit, se a pueritia in Conventu Miechovien mansisse in obsequiis ejusdem Conventus, *Jacobus Osuchovski* annorum circiter 70., *Michael Januszovvski* annorum 51. palam, libere, ac per expressum

A

recognoverunt unanimiter, & sub conscientia, *quod Celsissimi Loci Ordinarii, sive eorum Vicarii in Spiritualibus, sive Decani, sive alii Prælati Ecclesiam Parochialem Miechovien nunquam visitarint*; idque similiter se memoria retinere asseverarunt, & *contrarium nunquam vidisse, vel de eo audivisse ab aliis*, testati sunt; & si opus fuerit, hanc suam præsentem Recognitionem juramento corporali firmare spoponderunt &c.

Acta sunt hæc Miechoviæ anno, die, mense, quibus supra, Præsentibus &c.

Ego Servatius Valentini Dobrzynski S. Authoritate Apostolica Notarius &c.

Locus ✠ Sigilli.

Num. 43. *Idque ipsum confirmat alter Testis.*

Ego Infrascriptus testor, quod *ab anno* 1742. Residentiæ meæ in Zarogov in propinquitate Miechoviensi existentis non audivi, *ut aliqua in Ecclesia Conventus Generalis Miechoviensis per admodum RR. Decanos Foraneos fuisset visitatio, in quo Conventu CAPUT ORDINIS Reverendissimus Generalis residere solet*, ut omnibus bono exemplo, pietate præcellat, maxime sollicitus, ut totius Ordinis sui opera ad majorem Dei fiant gloriam; Quod Testimonium manu mea scripsi, & sigillo gentilitio munivi. Datum in Residentia mea Zarogoviensi die 18. Augusti anno Domini 1775.

*Josephus de Brzezie Russocki manu propria.*

Locus ✠ Sigilli.

Sequitur legalitas.

Num. 44. *Solemnis protestatio emissa an. 1620. per Rmum Præpositum Generalem, adversus nonnulla Decreta edita in Synodo Diœcesana.*

**Illustrissime, & Reverendissime Domine.**

Non ignorat Celsitudo Vestra causam absentiæ meæ, quę impedimento fuit quo minus Synodo Diæcesanæ interesse potuerim &c. Non sine magno dolore meo intellexi, *Decretis Synodalibus me, ac Religiosam familiam meam a Sede Apostolica exemptam*, & multis de caussis, quas hic paucis attingam, *ab omni Ordinaria jurisdictione immunem suæ Ordinariæ Jurisdictioni* tam in personalibus, quam in realibus Actionibus Illustrissimam Celsitudinem Vestram *subjecisse*: *Reclamarunt tunc Religiosi mei* cum aliis, quos eadem Constitutio petebat,

bat, testatique sunt, sibi hac in parte quamdam fieri vim, cum eo nomine non vocatis, ne eorum juribus, & immunitatibus revisis, absque legitimo judicio, Causa non dicta, jura & Privilegia eorum a Sede Apostolica profecta, abrogarentur. *Sed nec auditos eos esse, nec admissos ad justificandam* Causam, ex eisdem intellexi. Neque tamen dubito, Illustrissimam Celsitudinem Vestram, simul ac melius informata fuerit, quo jure nos tueamur, ac quibus muniti simus immunitatibus, daturam locum rationibus nostris, atque rationem eorum habituram, quæ a Nobis adferentur: Ea autem ad capita redacta paucis hic explico.

A
*Evincitur Exemptio ab Ordinaria jurisdictione per Apostolica Privilegia Ordini SS. Sepulchri indulta.*

Primo. *Universus Ordo Canonicorum Regularium*, qui dum Terra Sancta, & Sepulchrum Domini a Christianis circa annum Domini 1100. recuperata tum fuisset, se in obsequium Sacræ militiæ, & Custodiam Sepulchri Domini animose dedicarunt, Templumque ipsum, & Patriarchalem Sedem Hierosolymitanam in suam curam susceperant, nomenque hoc meruerunt, ut Custodes Sepulchri Domini, & Canonici Hierosolymitani essent, & dicerentur a Summis Pontificibus, quorum Diplomata exhibere paratus sum, *ab omni simpliciter jurisdictione Ordinaria exemptus fuit*. Quæ Sacra Rescripta, cum Miechoviense Monasterium, inde occupatis a Barbaris Hierosolymis, asportata apud se habeat, illi soli, universo illo Ordine in Oriente Turcica feritate absumpto, serviunt, & illis nos merito tuemur.

B
*Demonstratur, Præpositum Generalem Miechovien. esse Caput Ordinis.*

*Secundo*. Posteaquam Ordo noster eo redactus est, ut legitimo Patriarcha Hierosolymitano, ad quem Nos tamquam ad Superiorem referebamus, extincto, propriam nostram Congregationem, quæ A SUMMO CAPITE PRÆPOSITO GENERALI MIECHOVIENSI *dependens, per Poloniæ, Germaniæ, Boemiæ, Sclavoniæque Regna extensa est*, & plus minus quadraginta Cænobia, computatis Ecclesiis iis annexis olim habebat, ex quibus nunc tantum viginti octo circiter, *quæ Jurisdictionem Præpositi agnoscunt*, residua sunt, constitutam, & ordinatam haberemus, *Sedes Apostolica peculiaribus Rescriptis* in suum, *Domum Miecho-*

 *vien-*

*viensem cum annexis eis Membris*, recepit patrocinium, quæ Rescripta continuo Illustrissimæ Celsitudini Vestræ exhibebuntur, ex quibus intelliget, nihil nos novum nobis arrogare, *sed juribus nostris fretos, circa ea nos conservari petere*.

C

*Respondetur nonnullis Actibus per Episcopos gestis ad instantiam ipsorum Religiosorum, quibus ob Loci distantiam difficilis fuit recursus ad S. Sedem.*

Tertio. *In earum Immunitatum, & exemptionum possessione semper Monasterium Miechoviense fuisse, & si quando a Loci Ordinariis in jus traherentur, extant inhibitiones Sedis Apostolicæ, quibus illi immunitates suas semper constantissime tutati sunt*. Et si quod *unquam extat exemplum animadversionis Episcopalis in Præpositum Miechoviensem, id factum esse ob insignes illius excessus, Religiosis ipsis*, quibus ad Sedem Apostolicam ob distantiam loci difficilis fuit recursus, *ad Episcopum confugientibus*, qui tamen casus nec in exemplum trahi potest, *& omnino nihil Jurisdictioni Ordinariæ potestatis adiicit*.

D

*Exponuntur possessorii Actus ordinariæ jurisdictionis continuo exerciti per Præpositos Generales.*

Quarto. *Præpositus Generalis Miechoviensis per omnes eas Diœceses, in quibus Cœnobia, & Ecclesiæ illi subjectæ, & extra Regnum Poloniæ consistunt, Ordinariam in Religiosos sui* Ordinis, per quos Ecclesiæ illæ gubernantur, *Jurisdictionem & exercuit semper, & nemine contradicente hactenus exercet, arbitratu suo Præpositos mutat*, alios in Monasterio Miechoviensi Professos, & educatos *submittit, visitat, deliquentes punit*, tertio quoque anno, legitimis cessantibus impedimentis, *Generalem Congregationem convocat, statuta condit*, prout id *ex Constitutionibus a Sede Apostolica approbatis* liquido constat. Cum autem & jura omnia, & novissime Sacrosanctum Concilium Tridentinum ejusmodi Congregationes dudum jam exemptas, & nunc ad præscriptum ejusdem Concilii sese conformantes, vitamque vocatione sua dignam *sub Obedientia unius Superioris* agere contendentes in possessione suarum immunitatum conservaverit; Supplicamus Illustrissimæ Celsitudini Vestræ, *ne eas novis Statutis, quæ nos minime afficere possunt, circumscribat*.

E

Quinto. Constitutio Synodalis Petricovien., & Affectatio Abbatum, ut a solis Episcopis judicarentur, *nequaquam nos involvit*, tum quod

ea

ea affectatio in casibus a jure expressis intelligenda est, tum quod non omnibus facta fuerit, *nec Præpositum Miechoviensem*, qui peculiaribus privilegiis gaudet, & *tunc Synodo non interfuit*, afficere potest.

His ita expositis, humillimè ab Illustrissima Celsitudine Vestra petimus, *ut jura, & immunitates Nostras ratas habeat*. Vel alias, cum ea, quæ a Sancta Sede Apostolica nobis indulta sunt, a nemine, nisi ab eadem Sede tolli, & abrogari queant, ad eam nos jure nostro fretos, referentibus, id bona Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ gratia, nobis facere liceat.

Id ipsum fusius in Synodo Provinciali Petricoviæ die 19. Aprilis ejusdem Anni celebrata, ubi ex toto Regno omnes fere Episcopi convenerant, *Reverendissimus Dominus Generalis* fecit, gravissimisque verbis immunitatem, ac prærogativas Ordinis sui apud Synodum tutatus est, ac promovit.

F

*Extractum ex eodem Nakielski fol.872.*

Num. 45.
*Ex Rescriptis Sac. Congregat. Episcoporum, & Regularium editis anno 1719. confirmatur jurisdictio Rmi Præpositi Generalis, ac jus competens Canonicis Ordinis eligendi Superiorem Regularem Generalem.*

In Causa Cracovien., seu Miechovien assertæ Jurisdictionis vertente *inter Monasterium Miechovien.*, *& Canonicos Sancti Sepulchri* Ordinis Sancti Augustini, & Reverendissimum Episcopum Chelmensem *Commendatarium ejusdem Monasterii*, proposita fuerunt infrascripta, nempe.

1. An *Abbas Commendatarius habeat Jurisdictionem in Monasterium Commendatum*, ejusque *Membra*, *& Monachos*, etiam quoad Monasticum Institutum in casu &c., & quatenus negative.
2. An *Monachis*, *qui sunt in Monasterio Commendato*, *& Membris ab eo dependentibus competat jus eligendi SUPERIOREM REGULAREM GENERALEM* in casu &c.

A

*Sacra Congregatio* Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente pro Eminentissimo Casono Ponente, infrascripto Domino Archiepiscopo Damasceno Secretario ad suprascripta Dubia respondendum &c. censuit, ut infra.

*Ad primum = Negative = Ad secundum = Affirmative=Romæ* 20. *Januarii* 1719. = I. N. Cardinalis Petracianus = V. Archiepiscopus Damascenus Sec.

Sequitur legalitas.

Num. 46.
*Eademque jurisdictio Præpositi Generalis exclusive ad Commendatarium, tum illius electio a Canonicis facienda, & per S. Sedem confirmanda, fuit canonizata anno 1725. alio Rescripto Congregat. Particularis, deinde per Summum Pontificem adprobato.*

## DECRETUM.

Cum *Congregatio particularis a Sanctissimo Domino Nostro deputata* censuerit, *Præposituram Miechoviensem* Ordinis Sancti Sepulchri Diœcesis Cracovien. *dandam esse in Commendam R. D. Abbati Rozdrazevvski*. Eadem Congregatio, ut Canonicorum etiam indemnitati, Regularisque disciplinæ majori observantiæ cumulate prospiciat, censuit annum, quem vocant gratiæ, eisdem Canonicis esse concedendum, pariterque *eidem Commendatario tum nullam in Canonicos Jurisdictionem dandam esse*, tum etiam perpetuo apud ipsos remanere debere Villas Oludza, & Vvolica &c. Addito præterea, quod a Mensa ejusdem Commendatarii dismembrari debeat Villa de Gortatovvice cum suis pertinentiis, eademque pro congrua sustentatione *Præpositi Claustralis per Canonicos eligendi, & per Sanctam Sedem confirmandi* perpetuo assignari; a quo quidem Præposito Claustrali una cum Capitulo *provisio Ecclesiarum Parochialium a Præpositura Miechoviensi dependentium erit facienda*. Quæ omnia per me infrascriptum Secretarium relata *Sanctitati Suæ, ab eadem fuerunt benigne confirmata*. Datum Romæ *die 25. Septembris* 1725.

I. Cardinalis Paulutius.

Dominicus Rivera d. Congregationis Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Die 7. Julii 1762.

Num. 47.
*Sententia Rotalis edita anno 1762. contra Rmum Episcopum Præmislien qua fuit denuo canonizata Exemptio nostri Ordinis, ejus-*

CHRISTI Nomine &c. In Causa, & Causis, quæ primo, & in prima &c. secundo, & in secunda, seu alia veriori coram Nobis versæ fuerunt, & vertuntur Instantia inter &c. *Promothorem Fiscalem, seu Instigatorem Curiæ Episcopalis Præmislien. Actores ex una*, ac *Reverendissimum Dominum Jacobum Radlinski* PRÆPOSITUM GE-

GENERALEM *Ordinis Sancti Sepulchri*, ejusque Capitulum Miechovien, nec non R. Sylvestrum Jandechi Canonicum ejusdem Capituli, & Ordinis *Reos conventos* ex altera Partibus de & super Conventualitate Parochialis Ecclesiæ Sancti Spiritus in Prevorsko, *illiusque prætensa subjectione jurisdictioni Episcopi Præmislien.*, *etiam quoad illius Personas &c.*, rebusque aliis &c. *dirimus &c.*, ac definitive sententiamus &c., constitisse, & constare *de Conventualitate dictæ Parochialis Ecclesiæ Sancti Spiritus tam quoad res, quam quoad Personas, exceptis iis, quæ pertinent ad Animarum Curam*, in omnibus, & per omnia *ad formam Decisionum* a Nobis editarum *sub diebus 27. Februarii 1760.*, *22. Januarii*, *& 3. Julii 1761.*, *& 15. Februarii* decurrentis *Anni 1762.*, Exceptionesque omnes *esse nullas &c.*, victos victoribus in expensis condemnamus &c., & ita dicimus, & deffinitive sententiamus non solum &c., sed & omni &c.

*que Canonicorum ab Ordinaria Episcoporum Jurisdictione.*

A

B

Ita pronunciavi Alexander Ratta Sac. Rotæ Aud., & Judex Commissarius.

Num. 48.

*Cyrillus Zuchovvski refractarius Canonicus nostri Ordinis excitavit Curiam Cracovien. ad Litem super Exemptione cum R̃mo Præposito Generali*

Infrascriptus testor in præsentia Perillustris Domini Sylvestri Jandecki Canonicorum Sanctissimi Sepulchri Præpositi Prævorscensis Provincialis &c. fide Sacerdotali, *me audivisse Admodum Rev. Cyrillum Zuchovvski* proferentem in residentiis Sanctæ Hedvigis isthæc verba: *Tribus adlaboravi annis in eo, ut possem Curiam Episcopalem cum Miechoviensi Conventu litium causa perturbare*. In quorum fidem me subscribo in Conventu Prævorscensi Anno Domini 1776. 9. Februarii.

*Cyrillus Vvansovvicz Concionator Prævorscen. Notarius Apostolicus manu propria.*

Præsenti scripto testor, supra exaratas literas propria manu Admodum R. Cyrilli Vvansovvicz Concionatoris Prævorscensis esse scriptas, qui aliquoties coram me fassus est, quod *ex ore Ad. R. Cyrilli Zuchovvski audivit ea verba, quæ in præsenti testimonio d. Cyrillus Vvansovvicz expressit*. In quorum fidem præsentes manu mea propria subscribo anno, & die quibus supra &c.

*Sylvester Jandechi Canonicorum S. Sepulchri* Hie-

*Hierosolymitani per Russiam Provincialis, Conventus Prævorscen. Præpositus manu propria.*

Sequitur legalitas.

*Cajetanus Ignatius Soltyk &c. Episcopus Cracovien.*

Num. 49.
*Et ad instantiam d. Cyrilli Zuchovvski die 9. Martii 1774. citatur R. mus Præpositus Generalis cum multis Canonicis ad comparendum in Curia Ordinaria Cracovien., & tradendum Decimas eidem Cyrillo.*

Admodum Reverendis &c. Ministris &c. Quamvis *Reverendissimus Matthæus Buijdecki Conventus Miechovien Præpositus &c., Dionisius Jagurzinski, Faustinus Rutovicz &c., Paulus Szpyrczinsbi &c. Andreas Baranchievicz &c.* nostris citationis litteris *ad Nos, Judiciumque nostrum Episcopale Ordinarium* Cracoviæ &c. citati *ad Instantiam R. Cyrilli Martini Zuchovvski Canonici Regularis S. Sepulchri &c. ad videndum, & audiendum Decretum compromissoriale &c.*, quo mediante Decimæ in Charszinica &c. Præposito, & Conventui S. Hedvigis &c. sunt adjudicatæ, *debitę executioni demandari, mandatum* quodvis necessarium *ad effectum extraditionis Actori hujusmodi Decimarum &c.* alias *ad solutionem* justi valoris &c. *contra eosdem Citatos decerni, & ne se imposterum ad hujusmodi Decimas &c. implicare &c. audeant*, serio ipsis inhiberi &c. Citati existentes, pro sua contumacia &c. *merito excommunicandi erant*, nos tamen &c. vobis &c. mandamus, quatenus &c. ipsos *Authoritate Ordinaria moneatis &c. ut ad propositionem respondeant* realiter, & in effectu. Verum si se in præmissis gravatos senserint &c., *coram nobis, Judicioque nostro Episcopali Cracovien. &c. compareant* ad allegandum Causas &c., *alias videndum &c. ipsos excommunicari, litterasque Excommunicationis decerni &c.* Datum *Cracoviæ die 9. Martii* 1774.

A
*In casu non paritionis decernitur ipso facto Sententia Excommunicationis.*

*Vinc. Szymczykievvicz Not. Episcopalis.*

B
*Rursus ad instantiam Fiscalis citantur in ipsa Curia Cracovien. alii Religiosi Conventus Miechovien., ut se abstineant ab Officio Notariatus, & nulla declaren-*

*Cajetanus Ignatius Soltyk &c. Episcopus Cracovien. &c.* RR. &c. Executoribus &c. mandamus Vobis, quatenus *ad Instantiam V. Fiscalis Officii Curiæ nostræ &c.* acceden. Admodum *Rev. Joannem Cantium Laskievicz* Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Sepulchri &c., ac Religiosos *Cyrillum Vvansovicz &c., Servatium Dobrzynski* suprascripti Otdinis *Conventus Miechovien Presbyteros &c.*, ipsos &c. peremptorie citetis

tis, *ut coram nobis*, *Judicioque nostro Episcopali Cracovien. &c. compareant*, ad docendum, *qua Authoritate se se Notarios publicos jactitant*, Instrumenta conficiunt &c., alias videndum &c. quoniam in præmissis *usurpativè*, ac sine assensu nostrum ad hoc Officium &c. processere &c., *ipsis Exercitium prætensi Notariatus in perpetuum prohiberi*, *ad comportationem Actorum* Notariatus ipsorum &c. *stringi &c.*, *eadem sequestrari*, *Instrumenta &c. per ipsos confecta &c. pro nullis, & invalidis declarari &c.*, *pœnasque &c. exemplares extendi &c.* In quorum fidem &c. *Cracoviæ die* 20. *Maii Anno* 1774.

Fidem facio per præsentes Ego infrascriptus Collegii Reverendissimorum Dominorum Prothonotariorum Apostolicorum de numero Participantium Secretarius, qualiter in Archivio ejusdem Collegii penes Me existen. *reperitur in Libro Regestri Notariorum sub die* 22. *Decembris* 1767. *n.*128. *facultas concessa a dicto Collegio Reverendissimo Domino Matthæo Buydecki Præposito Generali Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Sepulchri in Conventu Generali Civitatis Miechovien.* Cracovien. Diæcesis commoranti *creandi quatuor Notarios* juxta Privilegia eidem Collegio Apostolica Authoritate tributa. In quorum &c. Datum Romæ die 20. Julii 1774.

*Joseph de Chard Collegii Secretarius.*

L. ✠ S.

*Cajetanus* Ignatius Soltyk &c. *Episcopus Cracovien &c.* Mandamus vobis Executoribus &c., *quatenus ad instantiam V. Fiscalis Officii Curiæ nostræ* personaliter &c. *Religiosum Hilarium Kalinski* Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Sepulchri *Conventus Miechovien. Presbyterum &c.* citetis &c., *ut coram nobis*, *Judicioque nostro Episcopali Cracovien. &c. compareat* ad docendum, *quanam Authoritate Officium Fiscalatus sibi usurpare*, ac idem Officium *&c. in Conventu Miechovien. exercere &c.*, Processus formare &c. præsumpsit, *alias &c. Ipsum pro usurpato sibi Officio Fiscalatus exemplariter puniri*, *Processus* per ipsum *formatos vitio nullitatis subjici &c.* Datum *Cracoviæ die* 20. Maii 1774.

*Cajetanus* Ignatius Soltyk &c. *Episcopus Cracovien.*

*tur stipulata Instrumenta.*

C

*Quāvis iidem Canonici fuissent in Notarios legitime creati a R mo Præposito Generali, juxta facultatem eidem concessam.*

D

*Item adcitatur alter Religiosus d. Conventus Miechovien., ut compareat in Curia, dimittat a se Officium Fiscalatus, & nullitatis vitio subjiciantur formati Processus.*

E

*Citantur quoque ad subeundum pæ*

*nos exemplares idē Generalis Præpositus, quia Præsidem Capituli constituerat ad extendendas pœnas contra Cyrillum Zuchowski ratione interceptionis quarumdam Litterarum.*

*vien. &c.* Mandamus Vobis Executoribus &c., quatenus ad *instantiam Admodum Rev. Cyrilli Martini Zuchowski &c. cum assistentia V. Fiscalis Officii Curiæ nostræ* personaliter accedentes *Reverendissimum Matthæum Buydecki* Canonicorum Regularium Sancti Sepulchri *Præpositum Miechowien.*, tum Admodum *Reverendum Stanislaum Cercha supradicti Ordinis, & Conventus Presbyterum &c.* citetis &c. *ut coram Nobis, Judicioque nostro Episcopali Ordinario Cracoviæ &c. compareant* ad videndum contra ipsos proponi super eo, quod *licet suprascriptus citatus Rmus Buydecki Officio Jurisdictionis suæ &c.* stante irregularitate &c. *sit privatus &c.*, nihilominus ipse &c. *Præsidem asserti Capituli sui Miechowien. ad extendendas pœnas* contra Actorem Cyrillum *ratione ass. receptionis de posta quarumdam Litterarum* ad memoratum citatum Roma directarum, idque ex vi cujusdam Decreti &c. Consistorii Generalis &c. *constituere*, jam vero Admodum *Rev. Cercha* ejusmodi constitutionem sui inPræsidem &c. acceptare, quinimo ex recepto titulo &c. se se jactitare &c. ausi sunt, & præsumpserunt, *ipsos ratione præmissorum &c. puniri, Reverendissimum Buydecki pro contemptore Clavium S. Ecclesiæ declarari*, & nequidquam attentare in suis illicitis &c. progressibus audeant, sub pœnis suspensionis &c. *inhiberi*, liberumque hoc in passu Actorem, *non obstante Decreto prælibati Consistorii &c.*, declarari &c. Datum *Cracoviæ die* 20. *Maii* 1774.

F

*Alter vero Religiosus, quia Præsidem Capituli se jactaverit.*

G

*Præterea citatur idem Generalis, ut comportet inCuria Ordinariæ Instrumentum sui Prothonotariatus.*

*Cajetanus Ignatius Soltyck &c. Episcopus Cracovien.* &c. Mandamus Vobis &c., quatenus ad instantiam V. Fiscalis Officii Curiæ nostræ personaliter acceden. *Reverendissimum Matthæum Buydecki &c. Conventus Miechowien. Præpositum &c.*, ipsum &c. Citetis &c. *ut coram Nobis, Judicioque Curiæ nostræ Episcopalis Cracovien. &c.* compareat ad comportandum quoddam *Instrumentum Prothonotarius sui*, vigore cujus &c. *quosdam Notarios publicos &c. creare, ad exercitium &c. Notariatus admittere* attentabat, alias videndum &c., idemmet comportatum Instrumentum sequestro subjici, & ne præmissa amplius attentare audeat, ipsi inhi-

hiberi &c. Datum *Cracoviæ &c. die prima Junii* 1774.

*Cajetanus Ignatius Soltyk &c. Episcopus Cracovien. &c.* Mandamus Vobis &c., quatenus *ad instantiam Illustris Admodum Rev. Cyrilli Martini Zuchouski &c. cum assistentia V. Fiscalis Officii* Curiæ nostræ &c. *Religiosos Hilarium Kalinski Ecclesiæ Parochialis Miechovien. Sacristam &c. Joachimum Vvrzoszkievicz Vice-Sacristam, Josephum Majovvicz Clericum &c. dicti Conventus Miechovien. Professos &c.* citetis &c., ut *coram Nobis, Judicioque nostro Curiæ Episcopalis Cracoviæ &c.* compareant, ad perhibendum veritatis Testimonium super eo, quod *Reverendissimus Matthæus Buydecki Ordinis* Canonicorum Regularium Sancti Sepulchri &c. Conventus Miechovien. Præpositus &c. in Ecclesia Parochiali Miechovien. in festis Pentecostes &c. celebraverit, & celebrare attentat &c. Datum Cracoviæ die 1. Iunii 1774.

H

*Citantur etiam plures Religiosi Conventus Miechovien. ut compareat in Curia, subiicianturque examini circa veritatem celebrationis Missæ fact. ab eodem Generali Præposito*

*Cajetanus Ignatius Soltyk &c. Episcopus Cracovien. &c.* Mandamus vobis &c., quatenus ad instantiam Ven. Fiscalis Officii Curiæ nostræ personaliter accedentes *Reverendissimum Matthæjum Buydecki Præpositum, cæterosque Reos Conventus Miechovien.* Canonicorum Regularium Sanctissimi Sepulchri &c. *Citetis &c.* ad videndum, & audiendum contra ipsos proponi super eo, quod licet Sacris Canonibus sancitum sit, Regulares Ecclesias, quibus Cura Animarum adjuncta est, subesse plenæ *Iurisdictioni* Episcopali; Nihilominus *Citati Ecclesiam Miechovien. cum Cura Animarum possidentes*, sese recalcitrantes jurisdictioni prælibatæ Episcopali exhibent, utpote ad Congregationes Decanales condescendere renuunt, Processus a Iurisdictione Ordinaria via cursoria ad ipsos transmissos, partim publicare negligunt, partim recipere recusant, *Curam Animarum, cæteraque Officia Parochialia nescitur per quem, quave authoritate constitutum, curare attentant*, proinde contra ipsos pænas uti contra refragatores, ac inobedientes Iurisdictioni ordinariæ extendi, & si non sese justificaverint legitime, *quinam sint inter illos dictæ Ecclesiæ Parochi, quave authoritate curam Animarum exerceant?* Ipsos *ab ulteriori Officio, & exercitio Curæ Ani-*

I

*Rursus Promothor Fiscalis institit doceri, per quem, quave Authoritate exerceretur cura Animarum in Ecclesia Miechovien.*

*ma-*

*marum amoveri*, & quod juris, & justitiæ fuerit statui, decerni, & sententiari. Cæteraque &c. Datum Cracoviæ &c. die 20. Martii 1775.

K

*Exhiberi Librum authenticum Copulatorum.*

Cajetanus Ignatius Soltyck *Episcopus Cracovien. &c.* Cum ad certum negotium Officii Curiæ nostræ notum necessaria sit &c. originalis Libri Metrices Copulatorum anni 1770. *Ecclesiæ Parochialis Miechovien.* ad idem Officium nostrum indilata comportatio, proinde vobis Executoribus &c. in virtute sanctæ obedientiæ &c. mandamus, quatenus ad instantiam Ven. Fiscalis Curiæ nostræ &c. *Reverendissimum Matthæum Buydecki ejusdem Ecclesiæ Præpositum &c.* moneatis &c., ut infra novem dies &c. suprascriptum *librum Metrices Copulatorum Ecclesię suæ originalem ad Officium Curiæ nostræ* per se, vel aliquem Præsbyterum ex Administrantibus circa eamdem Ecclesiam Curam Animarum comportet realiter, & in effectu, alioquin sin secus fecerit, & huic monitioni, ac Mandato nostro contumaciter parere neglexerit &c., a Divinis suspendendum esse duximus &c.

Datum Cracoviæ 22. Martii 1775. &c.

L

*Responderi super Articulis oblatis circa ass. defectus in exercitio Curæ Animarum.*

*Cajetanus &c. Soltyck Episcopus Cracovien. &c.* Mandamus Vobis &c. quatenus ad instantiam V. Fiscalis officii Curiæ nostræ personalit. accedentes *Reverendissimum Mattheum Buydescki* Præpositum Miechovien &c. *Citetis &c. ad respondendum certis punctis, & Articulis super depactationibus Parochianorum Miechovien, Negligentia in Cura Animarum*, aliisque defectibus &c., alias in casu non responsionis, quod juris &c. fuerit decerni &c. & Sententiari &c.

Datum Cracoviæ die 26. Martii 1775.

M

*Licet ex spectabilium Testium depositionibus constet de summa diligentia tum Religiosorum in exercitio Curæ Animarum, & administratione Sacramentorum.*

Nos infrascripti recta conscientia recognoscimus, Quod postquam audiverimus *de extraditis Citationibus* ex Cancellaria Celsissimi Principis Episcopi Cracoviensis *AA. RR. Præsbyteris in Conventu Miechoviensi manentibus*, quasi hi gravamina súis Parochianis inferrent, extorsiones tam a Matrimoniis, quam funeribus facerent, nec Officiis suis in Administratione Sacramentorum, & absolutione consuetę devotionis satisfacerent, & insuper quasi nos scandalizarent. Hæc omnia cum judicemus injustam circumscriptionem &c. Ea propter &c. præsens indubi-

dubi-

dubitatum damus testimonium, quod à *prædictis AA. RR. Presbyteris, & Patribus nostris Spiritualibus nullum gravamen habemus, nec ab illis* (alioquin recursum faceremus ad Reverendissimum Dominum Generalem: (*aliquas depactationes sustineamus, neque a Nobis supra possibilitatem nostram extorqueant, cum omni diligentia Sacrosancta Sacramenta administrent*, Nec sciamus, nec ab aliquo audiverimus, ut quis *per negligentiam ab illis commissam sine Sacramentis migrasset ex hoc mundo, vel sine baptismo decessisset*, & quolibet tempore *illorum vigilantiam, & diligentiam experimur*. *Devotionem consueto ordine in Ecclesia absolvunt*, cum omni non tantum nostrum, qui sumus Parochiani, sed etiam extraneorum commoditate, *suis Officiis Regularibus, absque minimo scandalo nostro invigilant*. Nos, & Liberos nostros *in fide Catholica, in Doctrinis Spiritualibus tam Concionibus, quam Catechismis solerter & ordinate erudiunt*. In quorum fidem, & robur propriis Nos manibus subscribimus, & Sigillum Officii Nostri apponimus. Datt. 26. Mensis Aprilis Anno 1775. in Prætorio Miechovien. = *Gaspar Povadovvski Vice Advocatus man. prop. = Casimirus Pstrovvski = Simon Kuczkouski man. prop. = Laurentius Zychovvicz man. prop. = Adalbertus Pasternakovvicz Scabinus man. prop. = Antonius Stokiovvski Notarius ejusdem Officii Vice Advocati aliis Juratus Miechovien. m. p.*

Loco ✠ Sigilli.

Sequitur legalitas.

N

*Tum de exemplari eorumdem Vita in promovenda devotione, & in peragendis functionibus.*

Ego infrascriptus testor, quia in bonis Zarogou meis Hereditariis ab anno 1742. manens in vicina Conventus Miechoviensis Canonicorum Sanctissimi Sepulchri usque ad tempus præsens quolibet fere festo, imo frequenter & feriali die solitus sum adire Ecclesiam Conventus Miechovien, *in qua per AA. RR. PP. Canonicos Regulares exemplaris Devotio Supremo Enti exercetur*, & nihil unquam omitti observabam, quod *ad diligentem promotionem devotionis Regularis spectat*. Habeo memoriam hujus Canonicæ Religionis Regiminis *per quatuor Reverendissimos Generales Præpositos* Infulatos, primum *Stanislaum Stempkoskium*, secundum *Jacobum Radlinskium*, qui combustam Ecclesiam per ignem, &

Con-

Conventum erigere cœpit, & in majori parte erexit; tertium *Florianum Buydecium*, qui Ecclesiam erectam finire voluit, nisi pauco tempore in dignitate existens desiit vivere, Vir prudentia illustris, multa bona Religioni fecit; quartum præsentaneum *Matthæum Buydecium*, qui Ecclesiam finivit, magnifico splendore ornavit, supellectilem Ecclesiasticam comparavit, totum suum peculium pro decore Domus Dei variis in Ecclesiis suę Religionis expendens; quod Testimonium uti verum, reale, & nulli dubio obnoxium propter majorem fidem, & robur manu mea scripsi, & Sigillo Gentilitio munivi Datum in Residentia mea Zarogoviense Anno 1775. Die 14. Augusti = *Josephus de Brzezie Russochi m. p.*

Locus ✠ Sigilli.

Sequitur legalitas &c.

Num. 50.

*Tenor Monitorii expediti coram A. C., & intimati sub die 29. Martii 1775., super observatione Privilegiorum Apostolicorum, & super manutentione in possessione omnimodæ Exemptionis ab Ordinaria jurisdictione.*

Marcus Antonius Marcolini &c. Noveritis, fuisse nuper coram Nobis comparitum ad instantiam *Reverendissimi Domini Matthæi Buydecki Præpositi Generalis* Ordinis Canonicorum Sanctissimi Sepulchri &c. Miechovien., & expositum, quod licet Sacer Ordo præd., ejusque Conventus, Ecclesiæ, eorumque Personæ, Canonici Regulares, Bona, locaque omnia vigore Privilegiorum Apostolicorum, signanter Innocentii III. &c. Honorii III. &c. Urbani IV. &c. & Gregorii XI. &c. per eosdem Romanos Pontifices sub ipsorum, & Apostolicæ Sedis protectione recepti, & recepta, ac Sedi præd. immediate subjecti, & subjecta, nec non ab omni jurisdictione, & superioritate, & potestate Episcoporum, & aliorum Judicum Ordinariorum, eorumque Vicariorum, & Officialium quorumcumque sint perpetuo exempti, & exempta, & totaliter liberati, & liberata, ita quod prædd. Locorum Ordinarii, Vicarii, ac Officiales nullam in eos, aut eorum aliquem, aut Conventus, Præposituras, Membra, & Bona prædd. tamquam prorsus exemptos, & exempta, Jurisdictionem, Correctionem, & potestatem exercere possint, & debeant quoquomodo. Nihilominus Venerabilis Curia Episcopalis Cracovien. ad Instantiam Promothoris Fiscalis dictæ Curiæ Episcopalis, aliorumque in exequutione

pre-

præsentium nominan., & cognominan., non dubitavit per relaxatas Citationes *sub diebus* 9. *Martii*; 20. *Maii*, *&* 1. *Junii proxime præteritorum* ad suum Tribunal vocare prædictum Reverendissimum Præpositum Generalem, aliosque Canonicos ejusdem Ordinis in dd. Citationibus nominatos, super prætensa solutione Decimarum, ac super aliis diversis punctis, & Cathegoriis ibidem expressis. Cum autem, ut eadem expositio subjungebat, præmissa omnia nulliter, & attentate, ac sine ulla jurisdictione in maximum præjudicium, & gravamen supradicti Reverendissimi Præpositi &c. contra formam, & tenorem supra relatorum Apostolicorum Privilegiorum gesta fuerint. Quo circa ad nos recursum habuit supplicando, quatenus eidem in præmissis de opportuno Juris remedio providere & Monitorium super observatione, & exequutione prædd. Privilegiorum, nec non *Manutentione in possessione, seu quasi omnimodæ Exemptionis a jurisdictione* Ordinariorum *prædd.* concedere velle dignaremur. Nos igitur &c. Vobis omnibus &c. mandamus, quatenus statim visis &c. moneatis &c. anted. *R. D. Promothorem Fiscalem Curiæ Episcopalis Cracovien*, omnesque, & singulos alios in executione præsentium nominan., quatenus &c. debeant &c. præcitata Privilegia litterasque Apostolicas, ut supra concessas in omnibus, & per omnia observasse, &c. & pro hujusmodi effectu *suprad. R. D. Matthæum Buydecki* Instantem, *aliosque Canonicos Regulares Ordinis Sanctissimi Sepulchri in d. eorum quieta, & pacifica possessione, seu quasi omnimodæ Exemptionis* a jurisdictione omnium, & quorumcumque Ordinariorum, eorumque Officialium *manutenuisse*, defendisse, & conservasse, Acta omnia contra eorumdem Privilegiorum formam hactenus gesta in prædicta Curia Cracovien circumscripsisse, & cassasse, &c. ET INSUPER INHIBEATIS, prout nos inhibemus præd. R. D. Promothori Fiscali &c., ne sub Censuris Ecclesiasticis audeant, supradictum Reverendissimum D. Matthæum Instantem, aliosque Canonicos præd. Ordinis de, & super præmissis in Partibus molestare, vexare, & perturbare &c. quovis sub prætextu &c. Quod si secus &c. Datum

A B C

tum Romæ ex magna Curia Innocentiana *hac die* 19. *Julii* 1774.

F. Carrara A. C. Locumtenens.

*Sequitur intimatio dicti Monitorii facta sub die* 29. *Martii Anni* 1775.

Num. 51.
*Sed in spretum d. Monitorii, & Inhibitionis AC. die 3. insequentis Mensis Aprilis emanavit ab Episcopali Curia Cracovien. inhibitorium præceptum, ne Rmus Generalis sub pæna suspensionis à divinis audere amplius celebrare cum usu Pontificalium.*

*Cajetanus Ignatius Soltyk &c.* Cum &c. compertum nobis sit, *dictum R. Matthæum Buydecki Præpositum Ecclesię Parochialis, & Conventualis Miechovien* Privilegium Infulæ habere se asserentem &c. in frequenti nimis cum usu Pontificalium celebratione, & quidem non servando circa Mitras, & Baculum pręscripta Constitutionum Apostolicarum, &c. abusum committat proindè &c. vobis suprascriptis Executoribus in virtute S. Obedientiæ &c. mandamus, quatenus suprascripto Illustri Buydechi Præposito Miechovien &c. præcipiatis, prout nos & *inhibemus &c.* & districtè præcipimus, *ne sub pæna suspensionis a Divinis ipso facto incurrendæ celebrare cum usu Pontificalium audeat, &c.* alias si se in præmissis gravatum esse senserit, ex tunc *coram Nobis, Judicioque Curiæ nostræ &c.* compareat ad vidend. & audien. præsentem Inhibitionem nostram suo in robore conservari &c. *Datum Cracoviæ &c.* 3. *Aprilis* 1775.

*A*
*Etsi ad id habeat speciale Apostolicum Privilegium.*

Cunctis ubique pateat &c., quod anno 1735. indictione XIII. &c. Ego Officialis deputatus infrascriptus vidi, & legi quoddam sumptum Litterarum Apostolicarum fel. rec. Joannis PP. XXIII. ex Regestro Authographo depromptum servato in Archivio communi Vaticano more Romanæ Curiæ expeditum tenoris sequentis videlicet = *Joannes Episcopus* &c. Dilectis Filiis *Pręposito*, & Fratribus Domus Dominici Sepulchri Hierosolymitani Miechovien salutem &c. Exigit vestrę devotionis sinceritas &c., ut tam vos, quos speciali dilectione prosequimur, quam Domum vestram dignis honoribus attollamus. Hinc est, quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut *tu Fili Præposite, & Successores tui* dictæ Domus, qui prò tempore fuerint, *Mitra, Annulo, Baculo, & Dalmatica, ac aliis Pontificalibus Insigniis libere possitis uti*, necnon quod *in præfata Domo, & Domibus eidem vestrę Domui subiectis, ac Parochialibus, & aliis Ecclesiis ad Vos pertinentibus Benedictionem solem-*

lemnem post Missarum, Vesperarum, ac Matutinarum solemnia &c. elargiri possitis, fel. rec. Alexandri IV. &c., & aliis quibuscumque Constitutionibus Apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus, vobis, & eisdem Successoribus auctoritate Apostolica de speciali gratia tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Concessionis infringere &c. *Datum Romæ apud S. Petrum IV. Kalend. Octobris anno secundo :* = Sumptum ex Regestro Litterarum Apostolicarum, collationatum à me Francisco de Aste Regestri Magistro Decano. Registrata libro primo de Regularibus anni secundi Pontificatus fel. recor. Joannis PP. XXIII. fol. 112. Est liber sub num. XX. = Loco ✠ Sigilli.

Super quo quidem Sumpto ego Not. publicus infrascriptus præsens transumptum confeci, signoque, & subscriptione munivi, perinde valeat, acsi Litteræ Originales exhibitæ, vel ostensæ forent. Actum Romæ ut supræ præsentibus &c.

A. Card. Pro-Datarius.

Loco ✠ Sigilli.

Ita est Felix Antonius Paulettus Rev. Cam. Apost. Secretarius &c.

Loco ✠ Sigilli.

Cajetanus Ignatius SoltyK &c. *Episcopus Cracovien. &c.* Cum Officio nostro Ordinario delatum sit, quod in Ecclesia Parochiali, & Conventuali Miechovien in administratione Sacramenti Pœnitentiæ inconvenientiæ, & nullitates etiam fiant &c. Nos proinde &c. approbationes *omnibus Præsbyteris Conventus Miechovien. &c.* concessas, (duos tantum videlicet RR. Porphirium, & Nicolaum NiedbalsKi, relinquendo,) revocamus, datam ipsis quomodolibet potestatem excipiendarum Confessionum adimimus &c. *Datum Cracoviæ die 3. Aprilis 1775.*

B

*Itidem per aliud mandatum Curiæ Episcopalis omnes fere Confessarii Ecclesiæ Miechovien fuerunt suspensi ab Officio excipiendi Confessiones.*

Franciscus Porkanski &c. Vicarius in Spiritualibus, & Officialis Cracovien.

Admodum R., & Religioso *Raymundo Vvabryçio* Ordinis Canonicorum Regularium SS. Sepulchri *Conventus Miechovien. Præsbytero &c.* salutem &c.

Saluti Animarum &c. consulere cupientes, ut *liceat tibi per examen idoneo reperto* utriusque sexus Christifidelium, quovis anni tempore

C

*Utcunque duraret adhuc approbatio ipsis concessa ab Episcopo, ac licentia excipiendi dd. Confessiones.*

non

non tamen Monialium &c. Confessiones audire &c. Authoritate nostra ordinaria facultatem damus, & concedimus. Præsentibus litteris nostris hinc ad decursum tantum *duorum Annorum* valituris.

In fidem &c. *Cracoviæ die* 16. *Novembris Anno* 1773.

F. Potkanski Suff. Officialis Cracovien.

Franciscus Potkanski &c. Admodum Reverendo, ac Religioso *Narciso* Ordinis Canonicorum Regularium SS. Sepulchri *Conventus Generalis Miechovien. Præsbytero*.

Saluti Animarum &c. consulere cupientes &c., *ut liceat tibi per examen idoneo reperto* utriusque sexus Christi Fidelium Confessiones audire &c. Authoritate nostra Ordinaria facultatem damus, & concedimus. Præsentibus litteris nostris hinc ad decursum tantum *duorum Annorum* valituris. Dat. Cracoviæ die 19. Januarii 1774.

F. Potkanski Officialis Cracovien.

*Sequuntur similes licentiæ audiendi Confessiones ab eodem concessæ novem aliis Religiosis Conventus Miechovien., quæ omnes adhuc perdurabant.*

D

*Demumque die* 10. *d. Mensis Aprilis per aliud mandatum iidem Confessarii declarantur incursi in excommunicationem, affixis Cedulonibus per valvas Ecclesiarum.*

Universis Parochianis Ecclesiæ Miechovien. &c. ad notitiam deducimus, quod in Conventu Miechovien. duo tantum Religiosi, scilicet Porphirius Æconomus, & Nicolaus Niedbaski Concionator habeant a Nobis facultatem excipiendi Confessiones, aliis autem omnibus Præsbyteris hujus Conventus &c. potestatem excipiendi Confessionem ademimus, quousque coram Nobis pro debito examine, & obtinenda approbatione non comparuerint. Quia vero hi &c. Confessiones excipere præsumunt, obligati sumus præmonere integram Parochiam Miechovien., ne quispiam coram aliquo horum, præter duos supra expressos, confiteatur &c.

Datum Cracoviæ die 10. Aprilis 1775.

E

*Publicatio pro Excommunicatis.*

Deducitur ad notitiam Christi Fidelibus, quod RR. Thomas Guzihieviez, Stanyslaus Moszynki, & alii &c. ob multiplicem inobedientiam Jurisdictioni Ecclesiæ inciderunt in Excommunicationem majorem, & pro excommu-

municatis per Decretum Judicis Ecclesiastici sunt declarati; cum his igitur non licet communicare, quousque de illorum plenaria, vel ad tempus absolutione non constiterit.

Præsenti publico protestationis Instrumento cunctis pateat &c., quomodo anno 1775. 12. Aprilis &c. coram Actis Notariatus mei publici Apostolici, Testiumque infrascriptorum præsentia personaliter constitutus Reverendissimus Dominus Matthæus Buydecki Præpositus Generalis Ordinis Regularium Sacratissimi Sepulchri &c. protestatus, & manifestatus est in eo, quia *Officium* Curiæ Episcopalis Cracovien. assumpto quodam in suam protectionem Religioso Ordinis Canonicorum Regularium Custodum Sacratissimi Sepulchri, cujus protectionis motivo Manifestantem, totiusque Monasterii Patres variis modis molestare, & perturbare cæpit, & cum ad evertendas easdem perturbationes Manifestans ad Sanctissimum, ejusque Sanctam Sedem Apostolicam (cui immediate tanquam Caput Ordinis subjectus est) recursum fecerit, ac ex Urbe citationem cum Inhibitione de non molestando, & turbando reportaverit, illamque Fiscali Curiæ Episcopalis Cracovien. insinuaverit, ex tunc illud *Officium* aliquot Citationibus, inhibitionibus, & mandatis manifestantem citari fecit, & insuper licet de Jure naturali, & scripto defensio cuique sit licita, hac nihilominus illud Officium Manifestantem destituendo, *Causarum Procuratoribus Consistorii Cracovien., & Dominis Notariis sub pœna suspensionis, & amotionis, ne aliquod auxilium, consilium, & defensam Manifestanti subministrarent, ac nomine Ipsius, & Conventus in quovis Judicio, & Officio comparere præsumerent, severe inhibuit*. Quare cum omnis defensio de Jure cuicumque licita, sit sibi Manifestanti, ac toti Conventui prohibita, ne itaque ob defectum consilii, ac defensionis necessariæ aliquod Manifestanti, & Conventui præjudicium eveniat &c., quam solemnissime manifestatur, & protestatur &c. Et in majorem fidem &c. m. pp. subscripsit = *Matthæus Buydechi Præpositus Generalis Infulatus Miechoviensis* = Acta hæc sunt Varsaviæ in solita Residentia &c.

F

*Eademque Curia Episcopalis sub pœna suspensionis, & amotionis expresse inhibuit Procuratoribus, & Notar. Cracovien, ne quidquam agere, & comparere auderent pro Rmo Præposito Generali, & Conventu Miechovien.*

G

Ego

Ego Cyprianus Sovinski publicus &c. Notarius &c.

Loco ✠ Sigilli.

Num. 52.

*Recursus habitus a Generali Præposito, totoque Ordine ad R̃mum Nuncium Poloniæ, & Acta coram eo gesta contra Fiscalem Cracovien.*

Anno 1775. die 12. Maii = Varsaviæ.

Pro Reverendissimo Domino Matthæo Buydecki Pręposito Generali, & Infulato Miechovien., totaque Congregatione dicti Ordinis, & Monasterii Miechovien. Canonicis Principalibus Recurren. = Contra Ven. Promothorem Fiscalem Curię Episcopalis Cracovien. citat. = Coram Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Laurentio Comite Caleppi &c. Excellentissimi, & Reverendissimi Domini &c. Nuntii Generali Causarum Auditore, & Judice comparuit personaliter Generosus Cyprianus Sovvinski suprascriptorum Recurren. legitimus Procurator in termino &c. ex Citatione debitè in diem hodiernam provenienti &c.; Cum constet post factam Intimationem Fiscali Citationis ex Curia Romana ad Instantiam Recurrentium cum adjecta Inhibitione, *ne super quibusvis Capitibus, & punctis* per eumdem Fiscalem *vexarentur*, & turbarentur, easdem Citationes attentate emanatas esse, *ex quo supplicium ante judicium præcesserit, nec cognito prius usu, vel abusu Pontificalium, nec inspectis juribus, & canonibus, num in talibus, & aliis punctis Præpositus Generalis, & Caput Ordinis conveniri possit? Usus Pontificalium sub pœna suspensionis* ipso facto incurrenda *probibitus sit, revocationemque approbationum ad excipiendas Confessiones indebite subsecutam esse*, ex quo per Officium Consistoriale prævio examine *concessæ fuerint, & Professoribus Theologiæ, & Philosophiæ, tum Doctoribus exceptio Confessionum indebitè prohibita*, & nonnisi Æconomo sui Bonorum Provisori, qui rei Æconomicæ attendere, tum Concionatori, qui Conciones dicere debet, semper occupatis &c. suis Officiis, *cum summo Parochianorum numerosorum incommodo* admissa, & permissa sit. Proinde *docto de pendentia Litis* coram Judicio Curiæ Romanæ, tum convulsione ejusdem, & attentatis per Fiscalem, *eidem omnia attentata* provisionaliter usque ad resolutionem Curiæ Ro-

manæ

manæ *inhiberi*, *citationes*, *Inhibitiones*, *revocationes suspendi &c.*, ipsosque Religiosos Patres *in protectionem assumi*, ac eosdem in omnibus, in quibus de Jure parere debent, *à jurisdictione Ordinaria eximi*, & nonnisi in Tribunali Apostolico forum ad respondendum ad tempus determinandæ Litis in Curia Romana præcustodiri debita cum Instantia *postulavit* &c.

PRÆSENTE Generoso Stanislao Rutkovvski *Ven. Fiscalis Curiæ Episcopalis Cracovien.* coram actis ejusdem sub die Sabbathi mensis Maii anno curren. *constituto Procuratore &c. comparente &c.*, *Citationem ex hoc Tribunali Apostolico emanatam circumscribi*, *& revocari*, *Præpositum Miechovien. pro ejus immatura exportatione puniri*, eumdemque ad primam Instantiam ad attentandum terminis Citationum ex ea editarum *remitti*, in litis expensis condemnari, jus, & justitiam ministrari *petente &c.*

A
*Oppositiones ejusdem Fiscalis Cracovien.*

*Qui Illmus, & Rmus Dominus Auditor Generalis &c. sedens &c. auditis &c.* terminum habuit proserrato, & ita &c.

Quem terminum proservato habitum dictus Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Auditor Generalis, & Judex visa Citatione ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Auditore Cameræ ad Instantiam suprascriptorum Recurrentium contra Venerabilem Fiscalem Curię Episcopalis Cracovien. *unacum Inhibitione* adjuncta, ne quovis sub prætextu per dictum Fiscalem molestarentur, & turbarentur, legitime dicto Fiscali executa, *visis multiplicibus Citationibus*, *& mandatis super variis Capitibus*, & *punctis*, *de quibus in Actis turmatim*, *& attentate post intimationem ejusdem Citationis emanatis*, ex sola causa alterius Litis super Præpositura Sanctæ Hedvigis Cracoviæ existente, & ad Ordinem Recurrentium spectante habitæ. Et attentis his omnibus, cum actus, & attentata præmissa præseferant læsionem Authoritatis Superioris Judicis inhibentis, *idcirco succurrendo* per modum provisionis *memoratis Recurrentibus*, *ne ulterioribus molestiis graventur*, *eadem omnia mandata*, *Citationes*, *alias attentate*, *& in spretum emanata suspendit pro interim usque ad alia mandata memorati Judicis superioris inhiben-*

B
*Idem Rmus Nuncius serio cognoscit alterutrius Partis jura.*

C
*Suoque definitivo Decreto omnia con-*

*ben-*

*traria Mandata, & Citationes suspendit.*

bentis, & Causam super præmissis, ac Partes ad eumdem Judicem superiorem inhibentem cum omnibus suis connexis remisit, & remittit.

D

*Denuo etiam inhibuit Fiscali Cracovien., ne Religiosos Ordinis molestaret.*

*Ac pariter per modum provisionis iterum de novo*, quatenus opus sit, *serio, & sub pœna nullitatis quorumcumque actorum*, ac aliis pœnis per memoratum Judicem Superiorem decernendis, & extendendis, *INHIBUIT memorato Ven. Fiscali Cracovien.*, & præsen. *inhibet, ne quidquam contra memoratos Recurrentes tam conjunctim, quam divisim* contra singulares Personas attentare, & innovare audeat, pro quibus Recurrentibus etiam salvum conductum alias concessum in suo robore conservavit,

E

*Eosdemque Religiosos quatenus opus, à Censuris omnibus sublevavit.*

*eosque a Censuris, si quibus innodati extiterunt, provisionaliter, quatenus &c. SUBLEVAVIT* ad ulteriorem dispositionem memorati Judicis Superioris inhibentis.

F

*Ab hocce Decreto Fiscalis appellavit ad SS., sed idem Reverendiss. Nuncius hanc appellationem meritò refutavit.*

*A quo decreto Generosus Stanislaus Rutkowski suprascriptæ Partis citatæ Procurator ad Sanctissimum Dominum Nostrum Papam, & S. Sedem Apostolicam appellavit* omni &c. = Et Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Auditor Generalis, qui supra hujusmodi appellationem refutavit &c. Ex Protocollo Actorum Tribunalis Sacræ Nunciaturæ Apostolicæ extractum &c.

Josephus Dzieszkowski Notarius, & suprascriptæ Nunciaturæ V. Cancell.

Loco ✠ Sigilli.

Die 1. Augusti 1775.

Num. 53.
*Instantia exadverso facta cor. Eĩo Card. Pro-Auditore SSmi.*

Eĩo, & Rĩo D. Cardinali Pro-Auditore Sanctissimi.

Pro R.D. Promothore Fiscali Curiæ Episcop. Cracoviensis, & litis &c. contra R. D. Matthæum Buidecki Præpositum Generalem Miechoviensem citat. ad videndum prævia circumscriptione omnium, & singulorum Actorum nulliter, & indebite exadverso fact. coram A. C., & in Sac. Nunciatura Poloniæ, mandari remitti Causam quoad omnes, & omnia ad Curiam Episcopalem Cracoviæ, seu potius ad Sac. Congregationem Concilii, non retardata tamen exequutione omnium, & singulorum Ordinum datorum

rum à Rmo Episcopo Cracovien. , & Dec. &c. ad primam diem.

Relatione facta comparuit D. Alexander Mucciolini Procurator petiit, ut supra.

Ex tunc Eminentissimus D. remisit Instantiam ad Signaturam Justitiæ, *suspensis interim censuris usque ad exitum litis*, & mandavit supersederi per totam diem 4. Septembris prox. fut. Proc. præsente. A *Decretum*.

*R. P. D.*

**A Z E D O**

*Cracovien. Exemptionis .*

P R O

Rm̃o D. Matthæo Buydecki Præposito Generali Canonicorum Regularium Ordinis SS. Sepulchri .

M

*Summarium*

27

Typis Lazzarini 1777.